Et ſi fuerint quatuor quātitates cōtinue ꝓportionales ꝓductū agregati ex prima et quarta in agregatū ex prima et ſecunda erit æquale ei ꝙ fit diuiſo agregato prime et quarte p ſecūdā et p tertiā ſeorſum deinde agregatis ꝓuēnibus et ductis in quadratū ſecūde. veluti ſint quātitates ille 8,12,18.27.iunge primā et quartā fiūt 35. iūge primā et ſecūdā fiūt 20.multiplica 20.in 35.fiunt 700.dico ꝙ tātū faciet quadratū ſecūde quātitatis et ē 144.in agregatū ꝓuētus 35.diuiſi p ſecundā et tertiam quātitatē diuide igit' 35.agregatū prime & quarte p 12 exeūt 2 $\frac{11}{12}$ diuide 35.p 18.exit 1 $\frac{17}{18}$ iunge ſimul fiunt 4 $\frac{31}{36}$ multiplica 4 $\frac{31}{36}$ in 144.fit 700.& eodem mō ſi velles ponere 27,primā quātitatē & 18.ſecūdā & 12.tertiā & 8. quartā erit.n. ꝓuētus diuiſionis 35.agregati ex prima & quarta p 12.& 18.tertiā & ſecundā quātitatē vti ſupra 4 $\frac{31}{36}$ & hic ductus in 324.quadratū ſecūde facit 1575. & tātū facit ꝓductū ex agregato prime & ſecūde & ē 45.in agregatum prime & quarte & eſt 35.nam 35. in 45.facit 1575.& he due regule vltime docent modum ſolutionis capitulorum trium que ſunt cu.cen.æqualia numero & cu. nu. æqualia ce.& ce.nu.æqualia cu. & ideo diligenter nota eas.

Omnis ℞.cubica numeri quadrati eſt numerus quadratus,& eſt conuerſa ſeptuageſimeſexte regule quadrageſimiſecundi capituli veluti ℞.cubica 64.eſt 4. qui eſt quadratus,2.

Nota etiā ꝙ ſicut numerus quadratus pſepe cōponit' ex duobus numeris quadratis ita cubus ex tribus cubis vt 216.qui eſt cubus de 6.componitur ex 125. & 64. &

27.qui sunt cubi de 5.& 4.&3.

29 Cũ volueris diuidere 12.in duas partes cõtinue ꝓportionales cũ 1.fac sic dimidia 12.fit 6.duc in se fit 36.item duc 6.dimidiũ in reliquũ numerũ fit 6.detrae 6.ex 36.remanẽt 30.quẽ serua.deinde iunge etiã 12.& 1.fiũt 13.dimidia fit $6\frac{1}{2}$ q̈dra fit $42\frac{1}{4}$ detrae 30.prius seruatũ ex $42\frac{1}{4}$ remanẽt $12\frac{1}{4}$ huius accipe radicem q̃ est $3\frac{1}{2}$ detrae ex $6\frac{1}{2}$ dimidio agregati remanẽt 3.et 3.additus et diminutus a 6.dimidio maioris numeri ostẽdit partes q̃ sunt 3.et 9.si vero numerus nõ diuidendus esset maior dimidio diuidẽdi vt si diceret diuide 12.in duas partes in cõtinua ꝓportionalitate cũ 27.tunc q̄a 27,est maior quã 6.dimidiũ 12,multiplicabimus 27,in dimidiũ 12.q̄ est 6 fit 162,detrae 36.quadratũ dimidii ex 162.remanent 126.deinde iunge 27.et 12.fit 39.dimidium est $19\frac{1}{2}$ duc in se fit $380\frac{1}{4}$ adde ei 126.seruatũ fit $506\frac{1}{4}$ huius radix ẽ $22\frac{1}{2}$ detrae $19\frac{1}{2}$ dimidiũ agregati ex $22\frac{1}{2}$ remanẽt 3.et 3.additus et diminutus a 6.q̄ est dimidiũ numeri diuidẽdi ostẽdit partes erunt igit̃ partes 3.et 9.q̃site. Et si dicas nõne sine hac regula potuit fieri hec operatio per algebra dico quod sic ymo hec est regula de modo qua tamen

12
6 ———— 1
6

36		12
6	$6\frac{1}{2}$	1
30	$3\frac{1}{2}$	13
	3	$6\frac{1}{2}$
		$42\frac{1}{4}$
		30
		$12\frac{1}{4}$
		$3\frac{1}{2}$

12	
6	27
36	162
	36
	126

27
12
39
$19\frac{1}{2}$
$380\frac{1}{4}$
126
$506\frac{1}{4}$
$22\frac{1}{2}$

vtimur replicādo in denominationibus qa facere posi-
tionē de positione adducit cōfusionē & ideo si quis di
cat diuide 10. in duas partes ꝓportionales cū 4 co. opa
bimur p regulam de modo positam & tamē nō possu
mus opari per algebra & ita faciemus regulas de mo-
do in omnibus casibus vbi voluerimus facere positio-
nē in denominationibus & hec regula est quasi cōuer
sa cētesimedecimesexte quadragesimisecundi capituli.

30 Si fuerint 3. quātitates cōtinue ꝓportionales diuidat' qꝫ
agregatū prime & tertie p vnāquāqꝫ illarū prouenien-
tia iūcta & ducta in ꝓductū prime in tertiā sunt æqua
lia ductui agregati ex prima & tertia in agregatū om-
niū triū quātitatū velut sint. 4. 6. 9. agregatum prime &
tertie qꝫ est 13. diuisuꝫ p vnāquāqꝫ illarum producit 3 $\frac{1}{4}$.
2 $\frac{1}{6}$. 1 $\frac{4}{9}$. hec iūcta faciunt 6 $\frac{31}{36}$ multiplico 6 $\frac{31}{36}$ in quadra
tū secūde vel in ꝓductū prime in tertiam quod est 36.
fiunt 247. & tantum producitur ex agregato prime &
tertie quod est 13. in agregatum omnium trium quanti
tatum quod est 19. fit. n. 247.

Omniū 3. quātitatū cōtinue ꝓportionaliū si agregatuꝫ
prime & tertie diuidat' p primā & secūdā statuēdo pri-
mā quā uis ex extremis quātitatē, ꝓuenientia iuncta &
multiplicata in ꝓductū prime in tertiā, tantū fatiūt quā
tum agregatum prime & tertie in agregatum secunde
et tertie. exemplum sint. 4. 6. 9. quātitates cōtinue ꝓpor
tionales & ponat' prima quātitas 9. secunda 6. tertia 4.
& diuidat' agregatum prime & tertie qꝫ ē 13. p primam
& secundā que sunt 9. & 6. & ꝓueniunt 1 $\frac{4}{9}$ & 2 $\frac{1}{6}$ q̄ iun-
cta fatiūt 3 $\frac{11}{18}$ dico qꝫ hoc agregatū ductū in productū
prime in tertiam qꝫ ē 36. & est 130. tantum facit quātum
agregatū prime & tertie qꝫ ē 13. in agregatū secunde &
tertie qꝫ est 10. nā 10. in 13. fatiūt 130. & similiter accidit
si facias 4. quātitatē primā 6. secūdā 9. tertiā nā diuiso

13.p primā & secūdā proueniūt 3 $\frac{1}{4}$ & 2 $\frac{1}{6}$ q̄ iūcta faciūt 5 $\frac{5}{12}$ hec ducta in productum prime in tertiam quod est 36.faciunt 195.& tantum producitur ex agregato prime & tertie ꝙ est 13.in 15.agregatum secunde & tertie.
Et similiter si agregatū prime & secūde diuidat' p primā & tertiā seorsum deinde exeuntia iungant' & tale agregatū ducat' in ꝓductū prime in tertiā producetur tātūquātū fit ex agregato prime & secūde in agregatū prime & tertie posita prima quacūq; ex duabus voluētis extremis excplū sint.4.6.9.iungat' 4.& 6.& fiunt 10 diuidat' 10.p primā & tertiā & sunt 4.& 9.& exeūt 2 $\frac{1}{2}$ & 1 $\frac{1}{9}$ iunge fiūt 3 $\frac{11}{18}$ duc in productū prime in tertiam ꝙ est 36.fiunt 130.& tantū ꝓducit' ex agregato prime & tertie in agregatū secūde & tertie nā agregatū secūde & tertie est 13.& agregatum prime & tertie est 10.et 10.in 13.facit 130. & ita etiam esset vbi 9.poneretur prima quantitas & 6.secunda & 4.tertia.
Ex his seqtur ꝙ tantum agregat' ex diuisione agregati prime & tertie p secūdā & tertiam quātū ex diuisione agregati prime & secūde p primā & tertiā & similiter tantū ex diuisione agregati prime & tertie per secundā et primā quātū ex diuisione agregati secunde et tertie per primā et tertiā exēplum ponamus 9.12.16.et sint eo ordine vt vides in figura dico ꝙ diuiso agregato prime et tertie ꝙ est 25.p secūdā et tertiā et sunt 12.et 16. et exeūt 1 $\frac{9}{16}$ et 2 $\frac{1}{12}$ q̄ iuncta fatiūt 3 $\frac{31}{48}$ tantū agregat' ex diuisione agregati prime et secunde et ē 21.p primā et tertiā exeunt.n. 2 $\frac{1}{3}$ et 1 $\frac{5}{16}$ q̄ iuncta faciūt 3 $\frac{31}{48}$.
Et similiter diuiso agregato prime et tertie et est 25.p primā et secūdā et sunt 9.et 12. exeūt 2 $\frac{7}{9}$

prima	secūda	tertia
9	12	16
	25	
	12	16
	2 $\frac{1}{12}$	1 $\frac{9}{16}$
	3 $\frac{31}{48}$	

et 2 $\frac{1}{12}$ q̄ iūcta fatiūt 4 $\frac{31}{36}$ et tātum ꝓuenit diuiſo agregato ſecunde et tertie et ē 28. ꝑ primā et tertiā que ſunt 9. et 16. exeunt. ꝺ. 3 $\frac{1}{9}$ et 1 $\frac{3}{4}$ que iuncta fatiunt 4 $\frac{31}{36}$.

Et ſimiliter cū diuiſerimus agregatū prime et ſecūde ꝑ ſecūdā et tertiā et ꝓueniētia iunxerimus ꝓductū ex hoc agregato in quadratū ſecūde quātitatis tātū erit quantū agregatū prime et ſecūde ductū in ſeipſum & hoc poſita prima quātitate qua voluens exēplū ſint 4.6.9 & ponat̃ prima quāritas 4. & iungant̃ prima & ſecūda 4. & 6. & fiūt 10. diuide hoc agregatū ꝑ ſecundā & tertiā & exeūt 1 $\frac{2}{3}$ & 1 $\frac{1}{9}$ iunge fiunt 2 $\frac{7}{9}$ multiplica in quadratum ſecūde q̄ ē 36. & fiēt 100. & tātū fit ducto agregato prime & ſecūde & eſt 10. in ſe & fit 100. nec pluribus modis pōt fieri cōbinatio quin reuertat̃ res ad regulā duarū quātitatū q̄ ēt tenet in nō ꝓportionalibus he autem regule proprie ſunt tribus quantitatibus continue proportionalibus.

9 12 16
21
9 16
2 $\frac{1}{3}$ 1 $\frac{5}{16}$?
3 $\frac{31}{48}$?

9 12 16
25
9 12
2 $\frac{7}{9}$ 2 $\frac{1}{12}$
4 $\frac{31}{36}$

9 12 16
28
9 16
3 $\frac{1}{9}$ 1 $\frac{3}{4}$
4 $\frac{31}{36}$

31 Cumq; fuerint quatuor quātitates cōtinue ꝓportionales agregatū prime & quarte diuiſuꝫ ꝑ ſecundā & tertiā tātū facit ſi iūgant̃ ꝓuentus quātū diuiſo agregato ſecunde & tertie ꝑ primā & quartaꝫ

8 12 18 27
27 18
8 12
35 30
12 18 8 27
2 $\frac{11}{12}$ 1 $\frac{17}{18}$? 3 $\frac{3}{4}$ 1 $\frac{1}{9}$
4 $\frac{31}{36}$ 4 $\frac{31}{36}$

iunctis prouētibus veluti sint quatuor quātitates 8.12. 18.27. cōtinue ꝓportionales & diuidat̃ agregatum prime & quarte per secundam & tertiam & exeuntia iungantur que sunt $2\frac{11}{12}$ & $1\frac{17}{18}$ fiunt $4\frac{31}{36}$ & idem prouenit diuiso agregato secunde & tertie quod est 30. per primam & quartam que sunt 8. & 27. exeunt $3\frac{3}{4}$ & $1\frac{1}{9}$ que iuncta faciunt $4\frac{31}{36}$.

Cū fuerint aliquot quātitates cōtinue ꝓportionales ac totidē alie sub eadē vel diuersa ꝓportione continue ꝓportionales Erunt ꝓducta ex illis siue directe siue conuersim continue proportionalia vt vides in exemplis.

Ex hoc sequit̃ ꝙ cū nu.co. ce.cu.ce.ce. sint cōtinue ꝓportionalia ꝙ quotiens assumuntur in numeris continue ꝓportionalibus siue directe siue conuersim erunt etiā continue ꝓportionalia & ita siue dixero 1.cu. p̃.3 ce.p̃.9 co.p̃.27. siue e contra 27.cu.p̃.9 ce.p̃.3 co.p̃.1. semp hec erunt continue proportionalia siue incipiant ab vnitate siue non.

8.	12.	18.	27
125.	150.	180.	216
1000.	1800.	3240.	5832.
8.	12.	18.	27
216.	180.	150.	125
1728.	2160.	2700.	3375.

Omniū quatuor quātitatū cōtinue ꝓportionaliū ꝓportio totius agregati ex omnibus quatuor ad agregatum prime & q̃rte ē veluti agregati prime & tertie ad agregatū ipsum dēpta secūda aut agregati secūde & quarte ad ipsummet agregatū dēpta tertia veluti sint 8.12. 18.27. agregatū ē 65. ita se habet ad agregatū prime et quarte ꝙ ē 35. veluti agregatū prime et tertie ꝙ est 39. ad ipsummet agregatum quod est 39. dempta secunda que est 18. remanet 21. proportio igitur 65. ad 35. est sicut 39. ad 21. Et similiter sicut 26. ad 14. pendet ex octuagesimaquinta quadragesimisecundi capituli.

Omniũ quatuor quãtitatũ cõtinue ꝓportionaliũ proportio agregati secunde et tertie ad agregatum prime et quarte ẽ veluti secũde ad agregatum prime et tertie dempta secunda aut tertie ad agregatum secunde et quarte dempta tertia.

Omniũ quatuor quãtitatũ cõtinue ꝓportionalium proportio agregati prime, secũde et quarte ad secũdam et tertiam ẽ cõposita ex ꝓportione prime ad agregatum prime et secunde item ex proportione agregati prime & tertie dempta secunda ad ipsam secundam.

Omniũ quatuor quãtitatum cõtinue ꝓportionaliũ ꝓportio agregati prime & quarte ad secundũ est cõposita ex ꝓportione agregati prime & tertia dempta secunda ad secundũ & ꝓportione agregati secunde & tertie ad eandẽ secundã verũ hic intelligimus de cõpositione q̃ est multiplicatio in precedenti de compositione que ẽ agregatio ꝓportionũ exẽplum ꝓportio 35. agregati prime & quarte ad 12. secundã cõponit̃ ex ꝓportione 14. agregati prime & tertie dẽpta secunda ad 12. secundã & ꝓportione secunde & tertie & est 30. ad secundã & ẽ 12. nam ducto 12. in 12. fit. 144. & ducto. 4. in 30. fit 1420.

prima	secunda	tertia	quarta
8	12	18	27

$\frac{35}{12} \mid \frac{14}{12}$ $\frac{30}{12}$

quorum proportio est veluti. 12. ad 35.

Cũq; fuerit quãtitas diuisa secundũ ꝓportionẽ habentem medium & duo extrema & interposuens inter eas partes vnam quãtitatem in continua proportionalitate, erunt quadrata duarum partium minorum, simul iuncta æqualia quadrato tertie.

32 Cũ vero cu, & nu. æquant̃ ce. tũc numerus cẽsuũ erit neccessario prima & quarta quãtitas continue ꝓportio

nales & ℞.cubica nnmeri erit secũda ex quatuor quãti tatibus cõtinue ꝓportiõalibus & tertiã intelligere oportebit & prima ex illis q̃ erit pars numeri cẽsuũ est res q̃sita Exẽplũ 1.cu.p̃.64.æquant' 18 ce.tunc 18.q ẽ numerus cẽsuũ ẽ agregatũ ex prima & quarta quãtitate cõtinue ꝓportionali & ℞.cu.64.ẽ secũda quãtitas & prima quãtitas erit res q̃sita. tertia autẽ quãtitas erit supponẽda 1 co. & ita 1.cu.p̃.9 $\frac{2}{3}$ æquãt' 4 ce.tunc 4. ẽ agregatum ex prima & quarta. & ℞.cu.9 $\frac{2}{3}$ est secũda quãtitas vt vides in exemplo & prima est valor rei.

prima	secunda	tertia	quarta
2 $\frac{1}{2}$.	℞.cu.9 $\frac{2}{3}$.	℞.cu.5 $\frac{5}{8}$	1 $\frac{1}{2}$

Et ex hoc sciemus cõuertere cu.p̃.nu.ęqualia ce.in cu.p̃.nu.æqualia co.hoc mõ.dicamus q 1.cu.p̃.64.æquẽtur 18.ce.ponemus ℞.cu.64.secundã quãtitatẽ p regulã presentẽ & secundã quãtitatem 1 co. & multiplicabimus tertiã in se et fit 1 ce.& diuidemus ꝓductũ p secundã cubando vtrũq & fiet 1.cu.ce.diuidendum p 64.& exibit ℞.cu. $\frac{1\ cu.\ ce.}{64}$ quare cõuertẽdo p regulas presenris capituli fient $\frac{ce}{ra.\ cu.\ 64}$ nã ℞.cubica cu.cen.est ce.quare quarta quantitas erit $\frac{cen}{ra.\ cu.\ 64}$ & iõ prima q̃titas erit 18.m̃. $\frac{cen.}{ra.\ cu.\ 64}$

prima	secunda	tertia	quarta
18.m̃. $\frac{cen.}{ra.\ cu.\ 64}$	℞ cu.64.	1 co.	$\frac{cen}{ra.\ cu.\ 64}$

Ex regula aũt 28. presenris capituli ducto agregato secũde & prime quãtitatis & est ℞.cu.64.p̃.18.m̃. $\frac{cen}{ra.\ cu.\ 64}$ in agregatũ prime et quarte et est 18.fit 324.p̃.℞.cu.373248.m̃. ce.℞.cu.91 $\frac{1}{8}$ et hoc debet æquari diuisioni agregati prime et quarte et est 18.p secundam et tertiam multiplicate in quadratum secunde:porro diuidere tale agregatum p secundam deinde multiplicare p quadratũ secunde

nõ ẽ

nō ē nisi multiplicare secundam in tale agregatū; igit̃ supradicta multiplicatio æquat̃ ductui secūde in agregatū prime & quarte & ē ℞.cu.373248.cū eo φ fit ex quadrato secūde in ꝓventū talis diuisionis facte p tertiā.ē autē diuisio 18.p 1 co.exiēs $\frac{18}{1\ co.}$ hoc multiplica in quadratū secunde φ ē ℞.cu.4096. exit $\frac{℞.cu.23887872}{1\ co.}$ igitur fiēt 324.p̃.℞.cu.373248.m̃.ce.℞.cu.91 $\frac{1}{8}$ æqualia $\frac{℞.cu.23887872}{1\ co.}$ p̃.℞.cu.373248. quare detracta ℞.cu. 373248.comuni & residuo ducto p 1 co.fient 324.co. æquales ℞.cu.23887872.p̃.cu.℞.cu.91 $\frac{1}{8}$ igit̃ habes cu. & nu.æqualia rebus,verūtamen tunc res nō est prima quātitas sed tertia & ideo ex hoc nō seqtur æquatio nisi qa cubi & numerus æquantur rebus & quia secunda quātitas ē cognita quia est ℞.cubica numeri ideo quadrando secūdam quātitatem & diuidendo per tertiam habebimus primam quātitatem que est res quæsita.

33 Cū fuerint quattuor quātitates proportionales quarū duarū vltimarū ad duas primas sit ꝓportio dupla erit proportio talis ℞.2.& si fuerint 6.numeri cōtinue proportionales & sint tres vltimi dupli ad tres primos erit ꝓportio taliū.℞.cubica 2.& si sint 8.& 4.vltimi sint dupli ad 4.primos erit talis ꝓportio ℞.℞.2.& ita si sint decem erit ꝓportio ℞.Rel.P.2.& ita si sint in ꝓportione tripla erit ꝓportio ipsa ℞.3.in 4.terminis.& ℞.cu. 3.in 6.terminis.& ℞.℞.3.in 8.terminis.& ℞.℞.Rel.P.3. in 10.terminis & ita de aliis exemplum.

Si qs dicat diuide 5.& 10.primū in tres numeros.& secundū in alios tres.q oēs sint cōtinue ꝓportionales dices igit̃ cū agregatū quarte & quinte & sexte sit duplū ad agregatū prime secūde & tertie nā 10.ē duplū ad 5. igit̃ erūt in ꝓportione ℞.cubice 2.dicas igitur pone φ prima pars sit 1.secūda igit̃ erit ℞.cu.2. igit̃ tertia erit ℞.cu.4.& quarta ℞.cu.8.& quinta ℞.cu.16.& sexta ℞

cu.32.deinde dices p regulã 3.si 1.p̃.℞.cu.2.p̃.℞.cu.4 esset 4.quid esset ℞.cu.2,multiplica ℞.cu.2.in 4.& fit ℞.cu.128.diuide per 1.p̃.℞.cu.2.p̃.℞.cu.4.per regulã presentis capituli & inuenies partes singulas ad vnã ad vnã & ẽ fortis regula & questio nisi homo sit exptus. Cũq; fuerint duo numeri quomodolibet ꝓductũ quarte partis quadrati minoris in maiorẽ æquabitur semper ꝓducto eiusdẽ quarte partis in differentiam maioris & minoris cũ additione quarte partis cubi ipsius minoris & q̃ dico de quarta parte dico de tertia & aliis partib⁹. exẽplũ sint 5.& 8.quadratũ 5.est 25.cius quarta pars est est $6\frac{1}{4}$.ducta in 8.facit 50.& tantum facit ducto $6\frac{1}{4}$ eadem parte quadrati de 5.in 3.differentiam inter 5.& 8.& fit $18\frac{3}{4}$ addendo quartam partẽ cubi de 5.cubus eius est 125.cuius quarta pars est $31\frac{1}{4}$ quod additum ad $18\frac{3}{4}$ facit 50.& similiter accipio $\frac{1}{3}$ quadrati de 5.& est $8\frac{1}{3}$ duco in 8.fit $66\frac{2}{3}$,duco idem $8\frac{1}{3}$ in differentiam duorum numerorum que fuit 3.& fit 25.cui addo tertiam partẽ 125.cubi de 5.& est $41\frac{2}{3}$.fit $66\frac{2}{3}$ vt prius.

Ex p̃cedẽti regula colligit̃ mod⁹ diuidẽdi 10.aut aliũ numerũ in duas partes.ita q̃ diuiso quadrato prime p secundã & quadrato secũde p primã exeũtia iuncta faciant $17\frac{13}{21}$ diuide 10.fit 5.quadra fit 25.duc in differentiã 10.& $17\frac{13}{21}$ q̃ ẽ $7\frac{13}{21}$ fit $190\frac{10}{21}$ quẽ serua: deinde tripla 10.fit 30.adde $17\frac{13}{21}$ fit $47\frac{13}{21}$ diuide $190\frac{10}{21}$ p $47\frac{13}{21}$ exit 4 cuius ℞.que est 2.addita & diminuta a dimidio numeri propositi q̃ est 10.ostendit partes 7.& 3.nã quadratũ 7.ẽ 49.diuisum p 3,exit $16\frac{1}{3}$:itẽ quadratũ 3.est 9.q̃ diui

primus	secundus
10	$17\frac{13}{21}$
5	
25	25
	$7\frac{13}{21}$
10	
3	
30	$190\frac{10}{21}$
$17\frac{13}{21}$	$47\frac{13}{21}$
$47\frac{13}{21}$	4

sum p 7. facit $1\frac{2}{7}$: iunge $16\frac{1}{3}$ & $1\frac{2}{7}$ faciūt $17\frac{13}{21}$. memine-ris tñ q ex tali agregato nunquā ꝓuenit numerus mi-nor diuidēdo nec maior quadrato diuidēdi. vnde non pōt esse secūdus numerus minor 10. nec maior quā 100.

34 Cū volueris facere ex vna ℞. duas in quacūq; propor-tione volueris vt ex ℞. 7. volo facere vnā ℞. L. in ꝓpor-tione 5. ad 3. sic facito agrega 5. & 3. faciūt 8. habes igit tres numeros 8. & 5. & 3. quos oēs quadra & fiunt 25. & 9. & 64. multiplica duos minores p 7. diuidendū fiēt 175. & 63. diui de p 64. q̄dratū agregati & exe unt $2\frac{47}{64}$ & $\frac{63}{64}$ dicemus igit q tm̄ est dicere ℞. 7. quantū ℞. L $2\frac{47}{64}$ p̄. ℞. $\frac{63}{64}$ & ita in cubicis cubādo ꝓportionaliter tenet & tales partes vt dixi sunt in ꝓportione 5. & 3. Et si vel les diuidere in tres partes tunc sit exēplū volo diuidere ℞. 10. in tres partes habentes se in proportione 7. 5. 3. primo agrega 5. & 3. fit 8. diuide igit p modū presentē ℞. 10. in duas partes existētes in ꝓportione 8. ad 7. agre ga 8. & 7. fiunt 15. quadra oēs tres numeros fiūt 64. 49. 225. duc duos minores in 10. fiunt 640. & 490. diuide p quadratū agregati fiēt $2\frac{38}{45}$ & $2\frac{8}{45}$ igitur ℞. horū cōponūt ℞. 10. & sunt in ꝓportione 8. ad 7. deinde q̄a 8. cōponit ex 5. & 3. quadra bis 5. & 3. & fiēt 25. & 9. & simi liter q̄drabis 8. & fiet 64. multi plica 25. in $2\frac{38}{45}$ q fuit pars cor respōdēs ad 8. & fiet $71\frac{1}{9}$ mul-

℞. 7
5 25 7 175
3 9 7 63
8 64
175
64
$2\frac{47}{64}$ $\frac{63}{64}$

℞. 10.
7. 5. 3.
7. 8.
8 64 | 640 | $2\frac{38}{45}$
7 49 | 490 | $2\frac{8}{45}$
15 225
5 25 $71\frac{1}{9}$
3 9 $25\frac{3}{5}$
8 64
$1\frac{1}{9}$ $\frac{2}{5}$

tiplica 9. in $2\frac{38}{45}$ fiunt $25\frac{3}{5}$ diuide p 64. exit $1\frac{1}{5}$ & simili-
ter diuide $25\frac{3}{5}$ p 64. exit $\frac{2}{5}$ dico igit᷑ ꝙ ℞. $2\frac{8}{45}$ & ℞. $1\frac{1}{5}$
& ℞. $\frac{2}{5}$ componunt ℞. 10. & sunt in proportione 7. 5. 3.
cômode referēdo & ita procedit in infinitum.

¶ Regula de duplici.

35 Quādo aliqs ponit qōnem in pluribus numeris & non
nominat aliquē illorū tunc oportet vti regula que vo-
cat᷑ de duplici etiā a me in lucē cū pluribus aliis edita
& inuēta & est vt pōas agregatū illorū numerorū 1 co.
deinde p hoc inuestigabis sumā illorū post inuenta sūa
queres p aliā positionē vnūquēq3 eorū p se & hoc mo-
do in pluribus positionibus absolues ꝙ in vna fere esset
impossibile exēplū inuenias duos numeros quorū qua
drata iūcta sint 20. & ducto vno in alterū aditisq3 nu-
meris ipsis pducat᷑ 10. querit᷑ quales erūt illi numeri. si
igit᷑ faceres positionē de vno non posses ponere alterū
si vero soluere velles dicendo vnus sit 1 co. alius $\frac{10}{1\ co.}$
non esset verū quia deessent numeri & dato ꝙ esset ve
rū peruenires rarissime ad capitula nota: & vix aliquādo
ad decōposita. fac ergo sic pone ꝙ agregatū numeroꝝ
sit 1 co. & qa pductū vnius in alterū est cū ipsis nume-
ris 10. igit᷑ dēptis ipsis numeris ꝙ sunt 1 co. remanebit
pductū vnius in alterū 10. m̄. 1 co. & qa quadratū toti-
us p quinquagesimā ternā regulā quadragesimi secun-
di capituli æquat᷑ quadratis partiū cū duplo vnius in al
terū & duplū vnius in alterū est 20. m̄. 2 co. qa pductū
vnius in alterū fuerat 10. m̄. 1 co. quadrata etiam iuncta
faciūt 20. ex supposito igit᷑ 1 ce. quadratū totius æqua-
bit᷑ 40. m̄. 2 co. quare res valebit p capitulū cōpositorū
℞. 41. m̄. 1. & hec erit sūa numerorū qua habita dic diui
de ℞. 41. m̄. 1. in duas partes quarū vna in alterā ducta
faciat 11. m̄. ℞. 41. hec ē. n. pductio vnius in alterū eo ꝙ
10. supponebat᷑ agregatū numerorū cū pductione igit᷑

sublato agregato q̄ ē ℞.41.m̄.1.ex 10.remanet produ ctū vnius in alterū 11.m̄.℞.41.diuide igit̃ p regulā cen tesimāprimā quadragesimi secundi capituli ℞.41.m̄.1. in duas partes æquales & vna erit ℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ quadra fit 10 $\frac{1}{2}$ m̄.℞.10 $\frac{1}{4}$ detrae 11.m̄.℞.41. ex 10 $\frac{1}{2}$ m̄.℞.10 $\frac{1}{4}$ fit ℞.41.m̄.℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ quare idē ē p p̄cedētē vel p di cēda in q̄one septuagesimanona ℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ huius igit̃ ℞.detracta ex dimidio numeri ostēdit partes: fuit dimi diū numeri ℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ a quo dēpto ℞℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ fiet minor numer⁹ ℞VL.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ m̄.℞VL.℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ ma ior aūt ℞VL.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ p̄.℞VL.℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ q̄ est intētū Circa hec nota q̄ licet in centesima ptima regula qua dragesimisecūdi capituli dictū sit q̄ño aliq̄s numerus diuidat̃ in duas partes quarū quadrata iuncta faciant aliquē numerū datur tñ modus facilior & est hic volo exēpli gratia diuidere 7.in duas partes quarū quadra ta simul iūcta satiant 29.diuide 7.fit 3 $\frac{1}{2}$ quadra fit 12 $\frac{1}{4}$ detrae ex dimidio 29.quod est 14 $\frac{1}{2}$ remanet 2 $\frac{1}{4}$ cuius ℞.que est 1 $\frac{1}{2}$ addita & detracta a 3 $\frac{1}{2}$ facit partes illas que sunt 2.& 5.

¶Regula de Medio.

36 Operamur autē aliquādo p regulā que vocat̃ de Me dio & hec absoluit nos a pluribus operationibus & for ma regule talis ē pone $\frac{1}{2}$ quā.p agregato numeri que rendi.deinde diuide $\frac{1}{2}$ quā.in duas partes quarū vna ē 1 co.alia $\frac{1}{2}$ qua.m̄.1 co.deinde mulꝺplicamus inuicem partes & pductum fit $\frac{1}{2}$ co. quā.m̄.1 ce.deinde opera mur adendo aut minuendo numerū.post ponimus $\frac{1}{2}$ co. quā.tanquā sit $\frac{1}{2}$ co.& opera mur p capitulū cōpositorū minorū aut si multiplicatio sit geminata p capitulū cōpositorū maiorum in tribus

$\frac{1}{2}$ quan.

1 co. $\frac{1}{2}$ quā.m̄.1 co.

modis descriptis diuidēdo $\frac{1}{2}$ co. quan. & fit $\frac{1}{4}$ quadra fit $\frac{1}{16}$ adde aut minue a numero fit totū ℞. vniuersalis ad denda dimidio radicū aut minuēda. deinde quadrabimus vtrāq3 partē & accipiemus agregatū vtriusq3 partis in quo semp anihilat multiplicatio incruciata quia vna ē m̄. alia p̄. & hoc totū adde quātitati secūde querēde & ℞. totius m̄. $\frac{1}{2}$ aut plus: ē quesitum. & ad discernendum quidam operantur per trigeminatas quātitates admodum fractorum.

Exēplū inuenias duos numeros quorū multiplicatio inuicē faciat 8. & quadrata iūcta sint cū ipsis numeris 27. pone q agregatū ex numeris sit $\frac{1}{2}$ quā. hoc diuide in duas partes quarum vna sit 1 co. alia erit $\frac{1}{2}$ qn. m̄. 1 co. & qa multiplicatio debet facere 8. multiplica 1 co. in $\frac{1}{2}$ quan. m̄. 1 co. fit $\frac{1}{2}$ co. quā. m̄. 1 ce. & hoc æquatur 8. igitur $\frac{1}{2}$ co. quā. æquat 1 ce. p̄. 8. diuide $\frac{1}{2}$ co. ex capitulo rancor fit $\frac{1}{4}$ quadra fit $\frac{1}{16}$ minue numerū vt in capitulo rancor minue fit $\frac{1}{16}$ m̄. 8. igit hoc totū minue & adde dimidio radicū p ipsūmet capitulū fit $\frac{1}{4}$ m̄. $\frac{1}{16}$ m̄. 8. & $\frac{1}{4}$ p̄. $\frac{1}{16}$ m̄. 8. his adde ℞. capiendo eā absolutā & post vniuersalem fit vna pars ℞. L. $\frac{1}{4}$ m̄. ℞. V. $\frac{1}{16}$ m̄. 8. alia ℞. L. $\frac{1}{4}$ p̄. ℞. V. $\frac{1}{16}$ m̄. 8. & qa thema dicit q numeri debēt quadrari ideo quadrabuntur vtriq3 hoc modo vt vides $\frac{1}{16}$ p̄. $\frac{1}{16}$ p̄. 8. & $\frac{1}{16}$ p̄. $\frac{1}{16}$

	$\frac{1}{2}$ quā.
1 co.	$\frac{1}{2}$ quā. m̄. 1 co.
	$\frac{1}{2}$ co. quā. m̄. 1 ce. 8
	$\frac{1}{4}$ quad. $\frac{1}{16}$
	$\frac{1}{16}$ m̄. 8
℞. L. $\frac{1}{4}$ m̄. ℞. V. $\frac{1}{16}$ m̄. 8	
℞. L. $\frac{1}{4}$ p̄. ℞. V. $\frac{1}{16}$ m̄. 8	

℞. L. $\frac{1}{4}$ m̄. ℞. V. $\frac{1}{16}$ m̄. 8.
℞. L. $\frac{1}{4}$ p̄. ℞. V. $\frac{1}{16}$ m̄. 8.

$\frac{1}{16}$	$\frac{1}{16}$ p̄. 8.
$\frac{1}{16}$	$\frac{1}{16}$ p̄. 8.
$\frac{1}{4}$	p̄. $\frac{16}{27}$
	℞. 4) $\frac{1}{4}$ m̄. $\frac{1}{2}$

p̄.8.nā alie incruciationes cadūt qa,vna est p̄.alia m̄.&
sunt æquales iunge igitur hec duo ꝓducta & fient $\frac{1}{4}$ p̄.
16.qbus adde 27.& fient 43$\frac{1}{4}$ huius igit℞.m̄.$\frac{1}{2}$ est nu-
merus quesitus idest agregatū est igit agregatū ℞.43$\frac{1}{4}$
m̄.$\frac{1}{2}$ diuide igit p centesimā regulā quadragesimi secū
di capituli ℞.43$\frac{3}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ in duas partes ex quarum multi
plicatione prouematiat 8.& operaberis complementum
quesiti sed illud postmodum est extra propositum.
Et hāc habui a Magistro kabriele de Aratoribus qui
eā habuit a Fratre Luca & est ingeniosa valde hic aūt
Magister kabriel fuit ille qui impulit me vt cōponerem
hūc librū,exēpla regule videbis in qōnibus.regula aūt
dupli a me inuēta est facilior quidē sed plura presupo
nit.hec autem si per se sumatur longe est vniuersalior.

¶ Caput 52. De sotietatibus.

Es sotietatū leuis est cōstat,n.ex quinqꝫ ex ca
pitali partiū,ex redditu ꝓportiōali,ex tempo
re mansionis,ex existimatione ꝑsonarum, &
agregato toto ꝙ corpus appellatur sotietatis.
1 Et circa hoc vnū tm̄ particulare conuenit scire ꝙ,cum
portiones non æquātes vnitatē iungunt,semp agrega
tū ex denominatoribus ꝓ vnitate statuendū est, veluti
4.sotietatē ineunt primus vult dimidiū, secūdus tertiā
partē terti⁹ quartā:quartus quintā:totius lucri.tu scis ꝙ
$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{5}$.implent $\frac{77}{60}$ vnius integri,nō igit est possibile ex
re q tantū est 60.dare 77. diuidemus igit 77.dādo pri
mo partes 30.& secūdo 20. & tertio 15.& quarto 12.ser
uabit.n.ꝓportio inter eos qualis fuit inter $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{5}$.nā si-
cut $\frac{1}{2}$ est duplum ad $\frac{1}{4}$ ita 30.ad 15.& sicut $\frac{1}{2}$ est dimidio
maior $\frac{1}{3}$.ita 30.cōtinet 20.& dimidiū eius & ita si vnus
vellet $\frac{1}{2}$ & alius $\frac{1}{3}$ & hoc ē minus integro:diuide produ
ctū ex 2.in 3.& est 6.per 2.& 3.exibūt idē,q iuncti po-
nent ꝓ denominatore,habebit igit primus $\frac{3}{5}$ & secun

dus$\frac{2}{3}$,reducendo ad regulam dicemus posito ꝙ essent partes date $\frac{1}{2}.\frac{1}{3}.\frac{1}{4}$:q̄ sumpte in 12.habēte illas partes faciūt 13.s. 6.& 4.& 3.q̄ fuerūt partes de 12.diuiso p $\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{4}$. faciūt 1.diuisum p 13.qd erūt $\frac{6}{12}$ $\frac{4}{12}$ $\frac{3}{12}$. & fient $\frac{6}{13}$ $\frac{4}{13}$ $\frac{3}{13}$.& hoc est dicere si $\frac{1}{12}$ fiat $\frac{1}{13}$ qd fient $\frac{6}{12}$ $\frac{4}{12}$ $\frac{3}{12}$,& fient $\frac{6}{13}$ $\frac{4}{13}$ $\frac{3}{13}$:regula igit̄ pratica est vt ducas denominatores inuicē vt pote $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ fiūt 12.deinde diuide p vnū quodq; denominatorū primi secūdi & tertii,& fiet pro primo 6.p secūdo 4.p tertio 3.& hoc serua ,deinde iunge simul & agregatū pone pro denominatore ꝙ ē 13.& numerū seruatū p numeratore hoc modo $\frac{6}{13}$ $\frac{4}{13}$ $\frac{3}{13}$ quare

$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$
12
|34|6
13|13|13

Et p fundamēto hius opinionis existimāt ꝙ si qs dicat si 3.esset medietas 4.q̄ esset sexta pars de 12.dicūt quod medietas 4.est 2.igit̄ 3.esset 2.si igit̄ 3.esset 2. qd fiet 12 & fiet p regulam 3. ducto 2.in 12.fit 24.diuiso p 3.fit 8. eius sexta pars est 1 $\frac{1}{3}$,igitur si 3. esset medietas 4. sexta pars 12.esset 1 $\frac{1}{3}$.& similiter si 5. eēt quarta pats 30.pcto 2.cuius esset tertia.pars quarta pars 30.ē 7 $\frac{1}{2}$,igitur si 5. esset 7 $\frac{1}{2}$,2.cuius erit tertia pars tripla 2.fit 6. duc in 7 $\frac{1}{2}$ fit 45.diuide per 5.fit 9.igit̄ 2.eēt tertia pars de 9, ꝙ pbat̄ pcōuersūs dicēdo si quarta pars 30.ē 5.tertia pars 9 quid erit,diuide p quartā partē 30. & est 7 $\frac{1}{2}$, productū ex 5.in 9.quod est 45.exit 6.cuius,tertia pats est 2.

Et hic est sensus dicētis si 3,esset medietas 4.q̄ esset sexta pars de 12,& hoc ex virtute sermonis, ꝙ si diceret si medietas 4.esset 3.q̄ nā esset sexta pars 12.tunc esset totū cōuersum,esset.n.sensus si 2,esset 3.q̄ nam esset sexta pars 12,duc 12.in 3.fit 36.diuide per 2.fiet 18. eius sexta pars est 3.igit̄ vno mō est 1 $\frac{1}{3}$,& alio modo,3. nam subiectū sermonis ꝙ ē 2,auget̄:hoc mō autē 3.fit subiectum sermonis,& minuit̄:cū igit̄ qs dicit si 3. esset medietas 4.intelligit̄ diminutio,& si dicat si medietas 4. esset 3.

intelligit̄

intelligit' auctio,primus.n.terminus q ꝓfert' est res q̄
auget' aut minuit',cōsidera igit' si secūdus terminus ē
maior primo fit auctio, si minor diminutio:& semper
secūdus terminus debet duci p tertiū,Et diuidi per pri-
mū:sed oportet etiā intelligere bene qs sit tertius termi
nus multiplicādus,Frater autē Lucas credidit hos am-
bos sensus in eodē sermone posse cōtineri atq; ita distin
xit.Verū hoc nō est ita:sermo.n.mathematicorum ab
horret ambiguitatē.verū sunt res he cōtentiosi homi-
nis,& nō optimi arithmetici,cum vero q talibus sermo
nū decipulis studet reiicere tanq̄ inutilē debemus.cum
igit' dicimus primus debet habere $\frac{1}{2}$,secundus $\frac{1}{3}$, tertius
$\frac{1}{4}$.clarū ē ꝙ ꝓportio eadē seruāda est & hoc vtroq; sen
su posito neccessario euenit & etiā secūdū opinionem
nostrā q̄ est multū ab his distincta:verū cū dicimus si
3.esset medietas 2.q̄ nā esset sexta pars 12.tūc est alius
sensus verior istis nā neque 2.in totū vsq; ad 3. augeri
debet,nec 3.in totū diminui vsq; ad 2.sed ambo debēt
ad alterū accedere ita ꝙ fiant æquales, Nā & natura
rerū ita est ꝙ in vtroq; termino variatio æqualis esse de
bet,& similiter si dicamus si ex ductu 3.in 2.fiat 4.nam
hoc nō est aliud quā 3.esse medietatē 4. nam q̄libet me
dietas duplata ꝓducit suū totū:qd igit' erit sexta pars
12.& hoc demōstrat' clare in supfitie cuius vnū latus ē
diuisum in 3.aliud in 2.& supsities sit 4. in veritate:nā
duplatū 3.hoc mō ꝓducit 4.in hoc igitur veriore sensu
ducemus 3.in 2.in apparētia fit 6.& qm̄ ponitur 4.diui-
de verū positū p positū falsum & est diuidere 4. p 6. fit
$\frac{2}{3}$:accipe ℞.eius & eā duc in oēs terminos quos quæris
& habebis eos,duc $\frac{2}{3}$ in 9.fit 6.& erit 3.℞.6. & similiter
duc ℞.$\frac{2}{3}$ in 2.fit 2 $\frac{2}{3}$ & ℞.eius erit 2.& sic dicemus ꝙ 12
erit ℞.96.& eius sexta pars erit ℞.2 $\frac{2}{3}$:& ita si qs dicat
si ex 3.in 4.fieret 7.quātū fieret ex 2.in 6.duc 3. in 4. fit
P

12, diuide 7. p 12. exit $\frac{7}{12}$: & eius R. ducenda erit in oẽs terminos, quadrabimus igit 3.4.2.6. fient. 9.16.4.36. ducti in $\frac{7}{12}$ faciũt 5 $\frac{1}{4}$: & 9 $\frac{1}{3}$: & 2 $\frac{1}{3}$: & 21: erit igit 3, R. 5 $\frac{1}{4}$: & 4, erit R. 9 $\frac{1}{3}$: & 2. R. 2 $\frac{1}{3}$: & 6, R. 21, igit ex 2, in 6, fiet quãtũ ex R. 2 $\frac{1}{3}$ in R. 21: & fit R. 49. q̃ est sicut etiam ex 3, in 4. & hic modus seruit almagesto & veritati: & superfitiebus & nos demõstrauimus alias ipsum, & cõfert ad habẽdã veritatẽ in pluribus quæsitis cũ reliqui tantum sint ad ostentationem: & vbi modus hic in sotietatibus quod tamen rarissime accidit, differentiam ab aliis adduceret ipso & non aliis attendere debes.

2 Veniẽdo igitur ad exẽplũ sotietatũ ponã distinguentia modos quos licet fere in omnibus capitale, corpus, & tẽpus, & redditus, necessario presuponantur, persona autem extimatione deprenditur, suffitient autem exemplum vnum tantum per que omnia hec cõprendentur Diuites duo mercatores sotietatẽ inierũt in kallendis Ianuarii 1536. Primus posuit aureos 1000. & voluit $\frac{2}{3}$ totius lucri: & secũdus posuit aureos 700. & contentus fuit accipere $\frac{1}{3}$: superuenit antẽ in kallendis Augusti tertius sotius q dixit ego ponã psonã & aureos 100. & ipsi duo primi cõputauerũt lucrũ factũ in mẽsibus 7. cum capitali, & inuenerũt q respectu totius si ille poneret q pmisserat poterat dari $\frac{1}{4}$ totius lucri habita pportione eius q trahebat $\frac{1}{3}$ cũ aureis 700. respectu totius capitalis primi q fuit 1700: & ita cõuenerũt q primus haberet $\frac{2}{3}$ secundus $\frac{1}{3}$ tertius $\frac{1}{4}$ totius lucri a kallendis Augusti vsq quo duraret sotietas, & q illud q aquisitum fuerat p 7. menses priores in fine haberetur p capitali respectu tertii & q haberet diuidi p duos primos sub cõditione prima inter eos facta in capite igitur anni 1537. idest in fine, pditũ fuit inuentariũ factum in kallendis Augusti & inuenerũt vltra totũ capitale triũ sotiorum

ꝙ fuit 1800. aureorū lucrū aureorum 800. cōputato lucro facto in primis 7. mensibus, cum igitur nescirent ipsum quesitum fuit quātum vnicuiq; deberetur & quāti estimata est persona illius.

Pone igitur res cognitas hoc modo vt vides p ordinē cū suis tēporibus.	Primus 1000 menses 24 $\frac{2}{3}$ Secūdus 700 menses 24. $\frac{1}{3}$ tertius 100, & psonā men ses 17. $\frac{1}{4}$

Ignota autē sunt lucrū 7. mensium & æstimatio psone Cū igitur secūdus habeat $\frac{1}{3}$ totius ex $\frac{7}{17}$ quos posuit, qd posuit tertius vt haberet $\frac{1}{4}$, reduces [illegible] $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ simul & fient p primo $\frac{3}{15}$, p secūdo $\frac{4}{15}$, p tertio $\frac{3}{15}$, & est $\frac{1}{5}$, si igit' $\frac{1}{3}$ fit ex $\frac{7}{17}$ pcedentibus capitalis, ex quo fiet $\frac{1}{5}$, duc $\frac{1}{5}$ in $\frac{7}{17}$, fit unū $\frac{7}{85}$, diuide p $\frac{1}{3}$ exeūt $\frac{21}{85}$, tantū igit' posuit tertius computata psona & aureis 100. respectu aliorū: reliqui autē q posuerāt 1700. & lucrū 7. mēsiū posuerūt $\frac{64}{85}$ residuū videlicet totius capitalis. Pone igit' ꝙ lucrū 7. mēsium fuerit 1 co. igit' capitale duorū primū fuit 1700. p̄. 1 co. & hoc est æquale $\frac{64}{85}$ totius capitalis, dic igitur si 1700. pducit 1 co. in 7. mēsibus, qd pducet totū capitale cū tertio in 17. mēsibus, hoc autē facies in tribus vicibus p regulam 3. dicendo si 1700. p̄. 1 co. sunt $\frac{64}{85}$ capitalis $\frac{21}{85}$ capitalis quid erunt: duc 21. in 1700. p̄. 1 co. fiunt 35700. p̄. 21 co. diuide per 64. exeunt $\frac{21}{64}$ co. p̄. 557 $\frac{13}{16}$: hoc adde ad capitale duorum fiet 2257 $\frac{13}{16}$ p̄. 1 co. $\frac{21}{64}$.

Dic postmodū secūdo, si 1700. lucrat' 1 co. qd lucrabit' 2257 $\frac{13}{16}$ p̄. 1 co. $\frac{21}{64}$ in tondem mensibus videlicet 7. duc 1 co. in 2257 $\frac{13}{16}$ p̄. 1 co. $\frac{21}{64}$ fient 2257 $\frac{13}{16}$ co. p̄. 1 ce. $\frac{21}{64}$: & hoc esset diuidēdū p 1700. sed qa q̄rimus lucrū 17. mēsiū duc totū p 17. fient ce. 22 $\frac{37}{64}$: p̄. 36125 $\frac{13}{16}$ co. diuide p 7. exibūt ce. 3 $\frac{101}{448}$ p̄. 5160 $\frac{93}{112}$ co. hoc igit' diuide p 1700 exeūt $\frac{259}{152320}$ ce. p̄. 3. $\frac{6813}{190400}$ co. cui adde 1 co. q̄ fuit lucrū aquisitū ante kallendas Augusti, fiet totū lucrum

4 $\frac{5813}{190400}$ co. p̃. $\frac{289}{152320}$ cẽsus, & hoc debuit æquari toti lucro q̃ fuit 800. aureorũ: reduces ad cẽsuz primo multiplicãdo omnia p 152320. & fiet ce. 289. p̃. 609825 $\frac{2}{5}$ co. æqualia 121856000. aureorũ, igit̃ diuide omnia p 289. fiet 1 ce. p̃. 2110 $\frac{177}{1445}$ co. æqualia 421647 $\frac{1}{17}$ seq̃re æquationẽ p capitulũ ref ualet R̃. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ m̃. 1055 $\frac{177}{2890}$: & hoc fuit lucrũ primo i ũ 7. mẽsium, q̃ detrae a totali lucro videlicet aureis 800. remanet lucrũ mensiũ 17, hoc 1855 $\frac{177}{2890}$ minus R̃. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ & hoc debet diuidi, dãdo primo $\frac{8}{15}$: & secũdo $\frac{4}{15}$: & tertio $\frac{1}{5}$. reliquũ autem q̃ fuit R̃. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ debet diuidi ita q̃ primo dẽtur $\frac{2}{3}$, & secũdo $\frac{1}{3}$, Veniẽdo ad aproximationẽ nam res mercature hoc postulãt nec manent in quãtitatibus surdis: excipe R̃. 1534801 $\frac{702278351}{2413756900}$ & est 1238 $\frac{2157}{2470}$ a qua detrae 1055 $\frac{177}{2890}$ remanẽt aurei 183. cuz $\frac{2807730}{3577520}$: hoc autẽ est diuidẽdũ ita vt primo $\frac{2}{3}$ & secundo $\frac{1}{3}$ adueniat fient igit̃ primo 122 $\frac{1631826}{3577520}$ secundo autẽ 61 $\frac{965913}{3577520}$ residuũ autẽ ẽ aurei 616 $\frac{680081}{3577520}$. ex q̃bus dando primo $\frac{8}{15}$ secundo $\frac{4}{15}$ tertio $\frac{1}{5}$ fiunt primo 328 $\frac{2070880}{3577520}$ secũdo autẽ aurei 164 $\frac{1135440}{3577520}$ tertio autẽ 123 $\frac{851581}{3577520}$: iũctis igit̃ partibus primi in 7. & in 17. mẽsib⁹ & similiter secũdi fiẽt primo aurei 451 $\frac{624856}{3577520}$ secũdo autẽ aurei 225 $\frac{2101353}{3577520}$ & tertio q̃ prius videlicet aurei 123 $\frac{851581}{3577520}$: ex q̃bus cõflat̃ summa aureorũ 800. Modo autẽ videamus quãti p̃sona fuit extimata lucrũ primũ fuit aurei 183 $\frac{2807730}{3577520}$ additis 1700. capitalis fiunt 1883 $\frac{2807730}{3577520}$ tertius igit̃ posuit $\frac{21}{85}$ huius summe duc totum in 21. & fiunt 39543 $\frac{60852519}{3577520}$ diuide per 85. exeunt 465 $\frac{1473568}{3577520}$ & q̃a posuit aureos 100. in peccunia igit̃ persona fuit extimata p reliquo videlicet aureis 365 $\frac{1473568}{3577520}$ quare totum corpus sotietatis in fine debuit apellari q̃ esset aureorũ 2965 $\frac{1473568}{3577520}$: aliqui autẽ hoc primo inueniunt deinde per ipsum dant lucra verum posui modũ

hic faciliorem quo perfecte intellecto scies inuenire & soluere omnes quæstiones sotietatum.

¶ Caput 53. De societatibus bestiarum.

Solent diuites dare colonis bestias vt pecudes & vacas ea cõditione vt post certũ tempus diuidãt capitale & lucrũ, vel ꝓuentũ: nã loco bestiarum agricola nõ solum curã, sed & cibũ ponit, Vnde in certo tempore conuentionis dominus & agricola diuidunt totum capitale, & prouentum, per æqualia: vel saltem ad datas portiones: sæpe tamen & colonus aliquam partem ponit.

Totũ igit̃ negotiũ cõsistit in duobus primo in tẽporis inuentione, & hec habet̃ ꝑ modũ fusionis metallorũ ꝓut dictũ est in capitulo suo, q̃res igitur omnia residua tẽporũ & ea duces in capita animaliũ, & totũ diuides ꝑ capita animaliũ, & ꝙ exit est tẽpus, Exẽplũ qdã dedit 100. peccudes ad tenendũ 5. annis, deinde post bienniũ dedit 300. eadẽ cõditione, deinde post annũ & mediũ 150. alias ea cõditione: q̃ritur qñ hic dicet̃ tenuisse 5. annis oẽs pecudes, & ita qñ finita erit pactio: qñ igit̃ posuit 150. pecudes defitiebãt anni $1\frac{1}{2}$ ꝑ cõplẽdo tp̃s 100 peccudũ: duc $1\frac{1}{2}$ i 100, fit 150. & sit̃ qñ posuit easdẽ 150. deffitiebant anni $3\frac{1}{2}$ ad cõplẽdũ tẽpus 300. peccudũ duc 300. in $3\frac{1}{2}$ fit 1050. vltimo ad 150. deffitiebãt anni 5. duc 150. in 5. fiũt 750. iunge simul fiũt oẽs peccudes 150. 1050. 750. & ita fient oẽs 1950. diuide ꝑ agregatũ pecudũ & ẽ 550. & fient anni $3\frac{9}{11}$: & tãto tempore tenebit oẽs peccudes a die in qua recepit vltimas 150, predices igitur sotietatẽ finiri ab initio inchoãdo annis $7\frac{1}{22}$: ꝓbatio ẽ vt reducas totũ tẽpus & peccudes inuicem & fiet

100	300
$1\frac{1}{2}$	$3\frac{1}{2}$
150	1050

150
5
750
150
1050
750
1950
550
$3\frac{9}{11}$

summa 2750. tẽporis & peccudũ in vltima autẽ peccudũ 150. datione, iã pcesserat pecudũ & tẽporis summa 800. igitur deductis 800. ex 2750. remanẽt 1950. quam obrem cum sint 550. peccudes ad complendum 1950. requiruntur anni $3\frac{6}{11}$.

Secũdũ ẽ q cũ fienda sit diuisio ante tẽpus vel post, deme partẽ positã ex parte habẽda & residuũ duc in tempus sotietatis, & diuide p tẽpus pactionis: & talẽ partẽ dabis colono vltra debitã portionẽ potes & idẽ facere ducẽdo in residuũ animaliũ, exẽplũ dñs posuit peccudes 100. colonus nihil: debuit infra 5. annos capitale & pruẽtus diuidi p æqualia q[ue]a igitur colonus nihil posuit aduenit ei medietas tota pter tẽpus annorũ 5. duc igitur in casu in quo accideret diuisio in annis $3\frac{1}{2}$: si 5. anni dant $\frac{1}{2}$ qd dabuit $3\frac{1}{2}$ duc $3\frac{1}{2}$ in $\frac{1}{2}$ fiũt $1\frac{3}{4}$: diuide per 5. exeũt $\frac{7}{20}$. & hec erit pars coloni reliquũ erit domini q est $\frac{13}{20}$, & idẽ redit faciendo de peccudibus ponamus q peccudes ille in annis $3\frac{1}{2}$ facte eẽnt 300. igit pars coloni eẽt 150. in 5. annis: dic igit si anni 5. dãt peccudes 150. q̃tũ dabunt anni $3\frac{1}{2}$, duc $3\frac{1}{2}$ in 150. fiũt 525. diuide p 5. & erũt peccudes 105. & hĩ ẽ $\frac{7}{20}$ de 300. q̃re vno & alio mõ idẽ redit. Quod si colonus posuisset vacas 8. dñs 32. & deberent diuidere in annis tribus, accidit autẽ vt cogerent diuidere in 28. mẽsibus, fac. Vt dictũ ẽ ponamus q tunc fuerint capita 76. deme $\frac{1}{5}$. q ẽ pars coloni in capitali, nã 8. est $\frac{1}{5}$ de 40. ex $\frac{1}{2}$ & hoc ẽ q debet ei in 3. annis remanẽt $\frac{3}{10}$, duc in 28. menses fiũt $\frac{84}{10}$ mensiũ, diuide p 36. menses exeũt $\frac{7}{30}$, dabis igit collono p parte sua primo $\frac{1}{5}$ totius deinde $\frac{7}{30}$ & hoc totũ est $\frac{13}{30}$ totius, duc 13. in 76. fiũt 988. diuide p 30. exeũt $32\frac{14}{15}$, & tot debẽtur colono relique dño: hoc eodẽ mõ facies si tempus transgressum fuerit parte coloni detracta prius, de reliquo idẽ operaberis secũdũ Fratrẽ Lucã, Exẽplũ posuit dñs

100.peccudes,colodus dihil,vt diuideret grex p $\frac{1}{2}$ in 4. annis,colonus renuit 7.annis,& fuerũt peccudes 700. da primo 350.colono,deinde diuide reliquas 350.in medium fiunt 175.duc 175.in 3.& est tempus vltra primaꝫ cõuentionẽ,fient peccudes 525.diuide p 4.exeũt 131 $\frac{1}{4}$. adde ad 350.habebit colonus 481 $\frac{1}{4}$:dñs resid uũ 218 $\frac{3}{4}$.

¶ Caput 54. De pensionibus domorũ cũ mutuo censu.

QVidã locãt domos accipiẽdo peccuniã ante & regula in hoc nõ exponetur nisi p exẽplũ qdaꝫ accepit domũ p libris 23.singulo anno & dedit dño domus libras 60.donec extinguerẽtur libre ille & post e domo discesurus ita ꝙ de libris 60.volebat 5.pro 100.& est $\frac{1}{20}$:sicut solet fieri singullo anno quæritur quando finietur & locatio.

Ad hãc intertogationẽ ẽ triplex solutio sicut & triplex intellectus,vel.n.vult 5.pro 100.absolute,ita ꝙ incepto anno alio dõ vult traere nisi ex capitali,vel vult traere ex capitali & redditu,vel vult ꝙ intelligatur portio tẽporis p portione lucri,& licet duo primi modi hic non videãtur differre qm̃ redditus peccunie est minor redditu domus,dabo tamẽ tibi exẽplũ differentie qdã dedit 1000.aureos hac cõditione vt psolueret aureos 20.ex domus ficto & acciperet aureos 50.propter peccunias daras,tunc si loqmur de redditu simplici illi 1000. aurei crescent continue aureis 30,sine differẽtia sic in 10. annis essent 1300.aurei si vero sit redditus capitalis rñc in primo anno habebit aureos 1030. in secundo 1061 $\frac{1}{2}$, in tertio 1094 $\frac{3}{40}$,& ita de aliis de hoc igitur videbitur in capitulo suo.

Remanẽt igitur duo modi vel ꝙ intelligamus ex peccuniis partẽ tẽporis p toto anno cõputari, & hoc mõ soluit Frater Lucas & nõ cõuenit modus talis est,ex 60 libris primo anno lucratur 3,fiunt 63,deducas 23.rema-

nēt 40. in secūdo anno ex 40. libris deducūtur 2. & fiunt 42. de me 23. remanēt 19. & qa ille tetinet 19. libras tertio anno licet non toto qa citius extinguntur dat tū Fratet Lucas redditum totius anni videlicet $\frac{10}{20}$ vnius libre, fiunt igitur libre $19\frac{10}{20}$ & qualis pars est $19\frac{10}{20}$ de 23. talē partē accipies de anno q̄ faciliter habebitur ducēdo $19\frac{10}{20}$ & similitet 23. p denominatorē & fiēt $\frac{390}{460}$ vnius anni & in tanto tempore locatio hec finiet̃ hoc mō. Si vero rectius velis examinare vt sicut ille non habet cēsum e domo nisi p tpe locationis. ita alius nō debet tracre ex pecuniis p toto anno si finiant̃ ante ipsū, dic igitur vt prius p duobus primis annis: in tertio autē remanebunt 19. libre quas pmereri faties tm̄ pro tēpore quo ille manebit in domo, cum igitut cēsus domus sit libre 23. oportebit igitur vt tempus illud sit tale quod fatiat promereri ex redditu totius anni & est $\frac{10}{20}$ talem partem que addita ad 19. ptoportionem obtineat ad 23. qualis est pars. ipsum tempus totius anni.

Hāc aūt partē inuenies ex regula cētesima trigesima sexta capituli 42. sic detrao $\frac{10}{20}$ ex 23. fit $22\frac{1}{2}$ diuido per 19. exit $1\frac{61}{380}$ siue $\frac{441}{380}$ & hic est numerus q̄situs, nam accepta parte siue diuiso 23. p $\frac{441}{380}$ exeūt $19\frac{361}{441}$, diuiso autem $\frac{10}{20}$ p $\frac{441}{380}$ exeunt $\frac{361}{441}$, q̄ addita ad 19. fatiūt $19\frac{361}{441}$ Vnde nota q diuidere $\frac{10}{20}$ p $\frac{441}{380}$ nō est nisi ecōtrario diuidere 380. p 20. & q exit ducere in 19. & fit 361. & ponere numeratorē 441. diuisoris, p denominatore, & hoc nota excēplū aliud volo diuidere $\frac{17}{24}$ p $\frac{47}{96}$ dico e conuerso fatias diuide 96. p 24. exit 4. duc in 17. fiūt 68. & ita $\frac{68}{47}$ exibūt ex tali diuisione, igitur in proposito fuerunt $\frac{441}{380}$ de 23. & soluit $19\frac{361}{441}$ & hoc fuit tanta pars de 23. quātum fuit tempus de anno. videlicet $\frac{8746}{10143}$ posset etiam fieri per rem sed est difficilior.

¶ Caput 55. de transmutationibus.

Res trãsmutationũ cognoscit' in quatuor modis primus est vt sit simplex secũdus vt sit cũ parte peccunie tertius ẽ vt sit cũ expectatione tẽporis, & ex his cõponitur quartus modus & est vt sit cũ parte peccunie, & expectatione temporis simul In his autem modis 6. queruntur primũ q̃uo æqualiter fiat trausmutatio secundũ si facta sit ex quo facta est. tertiũ qs lucratur aut Perdit & quãtũ quartũ quãtum ꝓ 100. quintũ ex quo debet fieri vt lucret' certã portionẽ sextũ quomodo fieri debet aut facta fuit nam hec semper sunt Idẽ vt lucretur tantum ꝓ centum sunt igitur modi oẽs 24. sunt & alii modi sed ex his pẽdent oẽs .n. minurias velle exponere ẽ infinitũ si igitur qs dicat qdã vult dare lanã valoris 10. ꝓ 12. ego habeo telã valoris 7. q̃tũ ponere debeo dic si 10. ꝓducit 12. qd ꝓducet 7. duc 7. in 12. fit 84. diuide p 10. exit $8\frac{2}{5}$ & hoc ẽ p̃tiũ. Secundũ dixit quidã posuit lanã valoris 10. pro 12. & recepit telã valore $8\frac{2}{5}$ & fuit trãsmutatio æqualis quãtu; tela valuit duc conuerso modo $8\frac{2}{5}$ in 10. fit 84. diuide per 12. exit 7. & tantum valuit.

Tertiũ quidã dedit ꝙ valebat 5. pro 6. & recepit ꝙ valebat 14. pro 17. dicitur autẽ valor duplex: aut pretiũ quo in pecunia vendi solent merces: aut pretiũ quo res ipsa prius aut facta aut empta fuit a mercatore, vtrouis mõ nil refert, & põt vtrũq; capitale appellari. quero igitur quis lucratur ex eis: & quãtũ: primo quere pretiũ æquale per primã dicendo si 5. producit 6. qd ꝓducet 14. duc 14. in 6. fit 84. diuide per 5. exit $16\frac{4}{5}$: & tantum debuit ponere quod valuit 14. & posuit 17. igitur ex 14. vel ex $16\frac{4}{5}$ lucratur $\frac{1}{5}$. nam 17. excedit $16\frac{4}{5}$ in $\frac{1}{5}$.

Quantũ & si volueris scire quãtũ ꝓ centum, ille de 17. lucratur: vel intelligis de capitali idest respectu 14. vel

de ꝑtio apretiato & est 16$\frac{4}{5}$: vtroq; at mō duc $\frac{1}{5}$ in 100. fiunt $\frac{100}{5}$ hi si diuiseris p 16$\frac{4}{5}$. exibit verū ꝑtiū lucri q erit 1$\frac{4}{21}$ si vero diuiseris p verū capitale exibit apꝑtiatū: vere capitale ē 14. diuide $\frac{100}{5}$ p 14. & est dicere diuide 20. p 14, exit 1$\frac{3}{7}$: & hoc est lucrū apreciatū, qñ igitur dicis ex 16$\frac{4}{5}$ lucratur $\frac{1}{5}$ hoc est verū pretiū, qa vēdet ex illa cōmutatione in pecunia q vēdidisset 16$\frac{4}{5}$ vēdet 17. & ita lucrabit $\frac{1}{84}$ de suo capitali si vero dicas q lucratur $\frac{1}{5}$ ne 14 hoc nō est verū qa illud $\frac{1}{5}$ in rei veritate tāto minus vēdet in peccunia numerata quāto ille q dedit 5. p 6. apreciauit $\frac{1}{5}$ q in rei veritate tm̄ valebat $\frac{1}{6}$ in peccunia numerata siue igit dicas lucrat de 14 $\frac{1}{6}$ siue de 16$\frac{4}{5}$ lucrat $\frac{1}{5}$ idē ē, nā vtrūq; est $\frac{1}{84}$: ad inueniendū igit verum lucrū in capitali qñ diximus lucratur ex 16$\frac{4}{5}$ ipsum $\frac{1}{5}$ volo scire qd in rei veritate lucretur: duc lucrū $\frac{1}{5}$ p capitale 14. fiūt $\frac{14}{5}$ hoc diuide p apreciatum quod est 16$\frac{4}{5}$ exeūt $\frac{1}{6}$, & tantum lucratur in veritate & ita declaro hoc.

Sit vt vnus ponat q valet 4. ꝓ 7. & alius q valet 5. pro 7. certū est q facta cōmutatione ille q dedit 4. & recepit 5. lucratur $\frac{1}{4}$ sui capitalis in veritate & hoc est 25. ꝓ 100. sequere igitur regulā dicēdo si 5. ponit 7. quātum ponet 4. exibūt 5$\frac{3}{5}$, igit ex 4. lucratur residuū 1$\frac{2}{5}$, illud tñ residuū in peccunia nō est nisi 1. tantū: duc igitur 1$\frac{2}{5}$ in 4, fit $\frac{28}{5}$, diuide p 5$\frac{3}{5}$, exit ꝑcise 1. igitur tm̄ lucratur, ꝓ inueniendo quātū ꝓ 100, dic si 5$\frac{3}{5}$ lucratur 1$\frac{2}{5}$, quid lucrabitur 100. vel si 4. lucratur 1. qd lucrabitur 100. & vtroq; modo redit idem quod est 25.

Quintū cū dixerit qdā dedit lanā valoris 4. ꝓ 5. vellē dare pannū valoris 7. ita vt lucrarer $\frac{1}{7}$ de capitali, iā ego exposui q si cōmutatio sit fienda æqualiter 7. ponet 8$\frac{3}{4}$, tu autem vis $\frac{1}{7}$ lucri in capitali, adde semper illud lucrū capitali tuo, & erat 7. fiet 8. nūc igit si 4. ponitur 5. quantum ponetur 8. & exibunt 10. dic

4.	Pro	5
7	$\frac{1}{7}$	8
4.	5.	8
	8	
	5	
	40	
	4	
	10	

igitur quod si tu posueris 7. pro 10. lucraberis precise $\frac{8}{7}$ tuorum & regula est pulcra.
Cuius verificatio est ex experimēto pone.n. q̄ dederit 21. cum 7. ponat̄ 10. ponetur 30. ille igitur dabit 30. apreciatum & quia ponit 4. valere 5. dabit 24. igitur ille nedit 21. in valore peccunie: & recepit 24. & ita recepit 3. quod fuit septima pars capitalis, sui & transmutatio fuit æquata in 30. quare &cæ.
6 Ex hoc habet̄ valor & lucrū p̄ centum sit in exemplo q̄ ille det 4. p̄ 5. ego volo lucrari 15. p̄ 100. & habeo lanā valoris 7. vel pannum dico si 100. dat 15. q̄d dabit 7 dabit 1 $\frac{1}{20}$ adde hoc p̄ q̄ntā ad 7. fiet 8 $\frac{1}{20}$, dic si 4. ponit̄ 5. quātū ponam 8 $\frac{1}{20}$: & fiet 10 $\frac{1}{16}$. & tantum ponam 7. valere dabo igitur pannum valoris 7. pro 10 $\frac{1}{16}$ & recipiam quod valet 4. pro 5. & vltra lucrabor 15. pro 100.
7 Et cū dixerit q̄dā dabo lanā valoris 4. p̄ 5. & volo q̄ntā partē p̄tii in peccunia numerata. q̄rit̄ quātū debeo ei ponere, pānū valoris 7. debes scire q̄ illud q̄ p̄soluis in peccunia emis cū igit̄ das q̄ntā partē pretii apretiati, illud totū debet detrai ex capitali illius, cum igit̄ $\frac{1}{5}$ de pretio appreciato q̄ est 5. sit 1. detrao 1. ex capitali fit 3. nā erat 4. dat igit̄ in cōmutatione 3. & nō 4. nā illud 1. vēdit, & q̄a ponit 4. valere 5. & recipit 1, igit̄ rematiet creditor de 4. cū dederit. 3. regula ē igit̄ diuide pretium apretiatū q̄ est 5. p̄ partē quā vult in peccunia & ē $\frac{1}{5}$ & exit 1. hoc netrae a p̄tio capitalis, & apretiati, & fit 4. & 3. dic igit̄ si 3. fit vel ponitur 4. q̄d ponetur 7. & fiet vt debeat poni 9 $\frac{1}{3}$, dabis igit̄ $\frac{1}{5}$ in peccunia numerata, & p̄ residuo tm̄ de lana vel panno in valore 9 $\frac{1}{3}$, q̄ valebant in peccūia numerata 7. tm̄ q̄ cōpleas sūmā q̄ accepisti.
8 Quod si dixerit e cōuerso volo a te q̄ ponis 4. valere 5. habere $\frac{1}{5}$ in peccunia numerata, & residuum volo dare q̄ valet 7. vellē scire quātū debeo augere pretiū, tunc

tu scis ꝙ ille q dabit $\frac{1}{5}$ in peccunia emet $\frac{1}{5}$ de tuo capitali, & dabit $\frac{1}{4}$ de suo residuo per dicta in capitulo quadragesimosecũdo si igit̃ dicat dabo $\frac{1}{5}$ totius ꝙ accepo, tm̃ ẽ quãtũ si diceret dabo $\frac{1}{4}$ totius lane in peccunia tũc igit̃ ecõuerso farias cape $\frac{1}{4}$ de 5. & adde ad 4. & ad 5 fiunt $5\frac{1}{4}$ & $6\frac{1}{4}$ dic igit̃ si $5\frac{1}{4}$ fit $6\frac{1}{4}$, qd fiet 7. & fiet $6\frac{1}{5}$, & tm̃ debet ponere ꝙ valet 7. accipiendo ab illo $\frac{1}{5}$ in peccunia totius summe. nota igitur ꝙ qui recipit peccunias detraere debet vt in septima regula a capitali partẽ illam, qui vero dat addere capitali vt in hac regula.

9 Quod si dicat peccuniam & non partem puta aureos 20. vide aureos 20. quota pars sint de tota summa deinde operare per illam partem.

10 Quod si ponat vltra hoc certum lucrum, tu scis per quintũ vel sextũ modũ addendi capitali lucrum quod vis: in septima igit̃ regula primo adde lucrũ deinde auferes partem pecuniatũ ex toto: in octaua autẽ regula primo addes partem peccuniarum deinde lucrũ & hoc bene aduerte qa septima & octaua regula sunt cõtrarie.

11 Si igit̃ qs dicat volo pmutare libras 1738, piperis valoris aureorũ 20, p 100. & volo decimã partẽ in peccunia & lucrari in hac transmutatione 20. pro 100. & ille habet zinziber valoris 13. aureorũ p 100. & vult ponere 15. in trãsmutatione quærit̃ quãtum debeo apreciare piper tunc primo queres decimã partem residui q̃ pars sit & hoc dẽpta vnitate p octauã & addes nonã partẽ de 15. & est $\frac{2}{3}$, ad 13. & ad 15. & fient $14\frac{2}{3}$, & $16\frac{2}{3}$, dices igitur si $14\frac{2}{3}$ fit $16\frac{2}{3}$, qd fiet 20. duc 20. in $16\frac{2}{3}$, & fiũt $\frac{1000}{3}$ diuidenda p $\frac{44}{3}$, exeũt $22\frac{8}{11}$, post dic p sextã si 100. dat 20 quid erit 20. & erit 24. habes igitur ꝙ piper debet poni $22\frac{8}{11}$, vt habeas decimã partẽ in peccunia, & debet poni 24. vt lucreris 20. p 100. vt igitur habeas vtrũq; dices si 20, ponitur $22\frac{8}{11}$. qd ponemus 24. p decimã re-

gulã,& p quintã & ponemus 20. valere 27 $\frac{2}{11}$, deinde dices 1738. libre piperis valẽt mihi 20. aureis p 100. igitur valẽt 347 $\frac{3}{5}$, si igit̃ 20. valet 27 $\frac{3}{11}$, qd valebũt 347 $\frac{3}{5}$, & valebũt 474, p̃cise aureos, cape decimã partẽ & est 47 $\frac{2}{5}$, Et hoc habebit in peccunia, residuũ erit 426 $\frac{3}{5}$, qa igitur ille dabit zinziber p 15. aureis p 100. diuide 426 $\frac{3}{5}$ p 15. exeũt 28 $\frac{11}{25}$, igitur duc in 100. habebit libras zinziberis 2844. p̃cise, & aureos 47 $\frac{2}{5}$, & lucrabitur 20. p cẽtũ cuius pbatio est facilis nã clarũ est ꝙ totius summe habuit decimã partẽ in peccunia, & de reliqs conditionibus restat solũ demonstrare ꝙ lucretur 20. p 100. & est quinta pars capitalis sui, fuit capitale suũ 347 $\frac{3}{5}$, eius quinta pars est 69 $\frac{13}{25}$, addita ad 347 $\frac{3}{5}$, fient 417 $\frac{3}{25}$. si igitur pbauero ipsum recepisse tm̃ p peccunia numerata cõstat ppositũ, accepit autẽ zinziberis libras 2844. que valebant aureis 13. pro 100. igitur valuit zinziber 369 $\frac{13}{25}$, aureorum, Et dedit in peccunia numerata 47 $\frac{2}{5}$, iunge fiũt p̃cise aurei 417 $\frac{3}{25}$. ꝙ fuit pbãdũ, nec amplius expectes tã plixa exempla cũ hoc sit extra ppositũ nostrũ.

12 Est cũ quis dixerit accepi ꝙ valuit 6. p 7. & sub termino solutionis mensiũ 4. volo dare ꝙ valet 8. p 9. quantũ tẽporis expectare possum, scias ꝙ ppositio hec vel intelligitur absolute & tunc dicimus si $\frac{1}{6}$ nã hoc est lucrũ dantis 6. p 7. fit ex 4. videlicet mẽsibus, ex quo fiet $\frac{1}{8}$, nã hoc est lucrũ dantis 8. p 9. duc $\frac{1}{8}$ in 4. fit $\frac{1}{2}$, diuide p $\frac{1}{6}$ & exit 3. Et ita tribus mensibus deberet expectare & hec regula notabilis ẽ dico tñ ꝙ in transmutationibus locus hic nõ plene satisfacit qm̃ nõ æquabunt̃ ex hoc partes, nã ille q dat 6. p 7. si daret 54. daret p 63. & ille q dat 8. p 9. dando 56. dabit p 63, manifestũ est autem ꝙ quãtũ ad p̃tia posita trãsmutatio est æqualis, capitaliũ autẽ differẽtia est: ille igitur q dat 56. pdit 2. de 56. in vno mense, igitur pderet in vno anno 24. de 56. Et ita

pderet 42 $\frac{6}{7}$, p 100. & ita esset iactura magna, dico igitur φ volēdo facere transmutationē æqualem nihil deberet expectare, & adhuc pderet quātū autē, sic digno scitur, dic primo 6, in mensibus 4. quātū crescet dando 5. p 100. crescet p vigesimā sui in anno, igitur in mensibus 4. p sexagesimam igitur 6. fiet 6 $\frac{1}{10}$, dic igitur si 8. fit 9. qd fiet 6 $\frac{1}{10}$ fiet 6 $\frac{69}{80}$, igitur cū fiat 7. lucrabitur $\frac{11}{80}$, dic igitur per quartam si 6 $\frac{69}{80}$, lucratur $\frac{11}{80}$, quid lucrabitur 6 $\frac{1}{10}$, & inuenies, quod lucratur $\frac{671}{5490}$. pro quo nota hanc regulam diuidendi fractum.

Cū denominator diuisoris numerauerit denominatorē pdeuntis duc exiēs in numeratorem diuisoris & hic erit denominator diuidēdi, cuius numerator est numerator diuidendi, & ē cōuersa regule in fine capituli quinquagesimiquarti vt in exēplo, ductis $\frac{11}{80}$ in 6 $\frac{1}{10}$ fiunt $\frac{671}{800}$ diuidēdū p 6 $\frac{69}{80}$, φ ē dicere $\frac{549}{80}$, igitur diuide $\frac{671}{800}$ p $\frac{549}{80}$ diuide 800. p 80. exit 10. duc in 549. fiunt 5490. & super ipsum pone 671. fiet $\frac{671}{5490}$. & tm̄ lucrabitur ille qui nat 6 p 7. etiā vltra pprū pueniētum expectationis mēsiū 4.

13 Et ex hoc habebimus scientiam veri lucri in trāsmutationibus tēporalibus, & sit exēplū quidā dedit φ valuit 5. p 6. expectaturus infra mēses 6. vt recipet φ valet 6. pro 7. queritur quātum lucratur pro 100. in anno, & est casus pulcher & aduentens, & solutio est facilis operabens conuerso modo dicendo si 7. venit ex 6. ex quo veniet 6. & fiet ex 5 $\frac{1}{7}$. igitur cum prodeat ex 5. tantum lucratur $\frac{1}{7}$, ex 5. in 6. mensibus quare 5 $\frac{5}{7}$ pro 100.

14 Quod si qs dicat dedit φ valuit 4 $\frac{1}{2}$ p 6. expectādo menses 8. & recepit φ apretiatū fuit 15. cū expectatiōe mensiū decem. Queritur secūdū primum modū dāns ad tēpus supposita æqualitate trāsmutationū quātum valuit illud φ positū est 15. dic igitur 6. ad 4 $\frac{1}{2}$ lucratur $\frac{1}{3}$ in 8. mēsibus, igitur si 8. mēses dant $\frac{1}{3}$, qd dabunt 10. mē

ses & erit $\frac{5}{12}$, ille igit̃ q̃ dat ꝓ 15. lucratur $\frac{5}{12}$ capitalis sui
igitur p trigesimã regulã quadragesimi secũdi capituli
17. fit ex 12 dic igitur si 17. fit ex 12. ex quo fiet 15. duc
15. in 12. fit 180. diuide per 17. exit 10 $\frac{10}{17}$, & tantum vale
bat quod posuit 15. & posui exemplum Fratris Luce vt
intelligeres facilitatẽ & certitudinẽ operandi nostram.
15 Et ex hac materia postquã operatus fueris p septimaʒ
& octauã cognosces accepta parte transmutationis in
peccunia numerata, & dato vel accepto termino toti-
us aut residui, quãtũ lucrum fiet ꝓ 100. in anno, & reli-
qua cõponẽdo casus innumerabiles, sed caue ne te de-
cipiat sensus duplex duodecime regule propterea si que
rẽs tentat solue vt vis, vtraq̃ꝫ .n. sustentabilis est, si vero
amice querit, distingue ambiguitatẽ, & vide in quo sen
su velit, si autem ad opus venire desiderat, cõsulet secũ
do mõ, nã in primo accipiẽdo fit iactura, dando vsura.
16 Et ex his scire oportet ꝙ si q̃s dicat dedi ꝙ valebat 5.
ꝓ 9. & accepi ꝙ valebat 7. ꝓ 9. certum est ꝙ in capitali
primus lucratur $\frac{2}{5}$, & secundus perdit $\frac{2}{7}$, sui capitalis que
ritur igitur quãtum plus addidit primus in capitali se-
cundo, tunc solutio facilis est duc capitalia inuicem ve
luti 7. in 5. fiunt 35. & pone ꝓ denominatore, deinde iũ-
ge ea vt pote 5. & 7. faciunt 12. duc in differẽtiam vnius
ab altero fiunt 24. igitur dicemus ꝙ primus melius red
didit suũ capitale quã secũdus in $\frac{24}{35}$. circa q̃ nota quod
tñ vnus lucrat̃ in capitali, quãtũ alius pdit, & illud est
semp differẽtia comunis dãtis & accipiẽtis, velut dãs
7. & recipiẽs 5. pdit 2. & illos. 2. lucratur alter, & ita dãs
100. & recipiẽs 110. lucratur 10. quos alter socius pdit. Se
cũdo nota ꝙ amittẽs minus pdit data ꝓportione quã
ille aquirat, & hoc in vnitate minus patet ex trigesima
regula quadragesimi secundi capituli, nam si accipiens
110. & dans 100. lucratur decimam partẽ sui, vel 10. pro

100.ille q dat 110.& recipit 100.perdit vndecimã partẽ sui,nã 10.ẽ vndecima pars 110.& ita pdit $9\frac{1}{11}$ p 100, & similiter q dat 120.& recipit 100.pdit sextã partẽ suorũ,& accipiẽs lucrat᷑ qntã,& ita ,pportionaliter plus lucratur aquirẽs quam dãs pdat,& hoc in vnitate,tertio notandũ ꝙ aliud est ꝙ aquiritur aliud est proportio secũdũ quã aquiritur,nã in cõmutatione aquisitũ & perditũ semper sunt æqualia ,pportiones autẽ vnitate differũt,patet ex primo & secũdo notãdo vnde si aliquis lucratur 10.,p centum in cõmutatione nam in aliis non tenet alter q cõmutat pdit $9\frac{1}{11}$, igitur primus addit in capitale $19\frac{1}{11}$,p 100.& hoc ẽ idẽ ꝙ $\frac{21}{110}$ qui proueniunt ex regula quam docui,nã tantum producitur ex $19\frac{1}{11}$ in 110.quãtum ex 21.in 100.& ideo sunt partes secundum $5\frac{5}{21}$,& hoc bene nota.

17 Si igitur qs dicat addidi $19\frac{1}{11}$ plus in capitali meo quã fecerit ille q mecũ trãsmutauit tu scis ꝙ ex $19\frac{1}{11}$ duas tales efficere oportet partes que ducte p numeros sola vnitate differẽtes ,pducãt 100.veluti in exẽplo $19\frac{1}{11}$ diuisum facit hoc ꝙ ductũ in 10.& 11.,pducit 100.partes autẽ erũt 10.& $9\frac{1}{11}$,ex qbus seqtur p dicta quadragesimisecũdi capituli ꝙ tales partes erũt ,pportionales & ita diuidã etiã $36\frac{2}{3}$,hĩ mõ in 20.& $16\frac{2}{3}$,nã 20 in 5.,pducit 100.& $16\frac{2}{3}$ in 6.,pducit 100. & talis est ,pportio 20. ad $16\frac{2}{3}$,sicut 6.ad 5.dixit igit᷑ qdã dedi 4.pro 5.& recepi ,pportione ꝙ valebat 10.& addidi in capitale respectu sotii $83\frac{1}{3}$,p 100.q̃ro quãtũ posuit ꝙ valuit 10. pone igitur ꝙ $83\frac{1}{3}$ debet diuidi in duas partes mõ supradicto, q̃ ducte in duas alias sola vnitate differẽtes,pducãt 100. igitur diuiso 100.,p duas illas quãtitates exibũt partes q̃ simul iũcte fatiũt $83\frac{1}{3}$,sit igit᷑ pars vna 1 co. alia exposito erit 1 co.p̃.1.diuidat᷑ 100.,exibũt $\frac{100}{1\ co.}$ & $\frac{100}{1\ co.\ piu\ 1.}$ iũgãtur,& fit hoc p modũ iũgẽdi fractiones ducẽdo in crucẽ

crucē & totū ponēdo ꝑ numeratore, & ducēdo deno minatores inuicē & ponet' ꝑ denominatore, fietigitur coniunctū $\frac{200\ co.\ piu.\ 100}{1\ ce.\ piu\ 1\ co.}$ & hoc æquatur neccessa rio ex dictis in principio huius regule cū 83 $\frac{1}{3}$ reduc ad integrū deducēdo ambas partes p 1 ce. p̄. 1 co. fiēt 200 co. p̄. 100. æqualia 83 $\frac{1}{3}$ ce. p̄. 83 $\frac{1}{3}$ co. igit' deduco 83 $\frac{1}{3}$ co. ex 200. co. remanēt. 116 $\frac{2}{3}$ co. p̄. 100. æqualia 83 $\frac{1}{3}$ ce. re duco ad cēsum vnū fiūt 1 ce. æqualis 1 $\frac{2}{5}$ co. p̄. 1 $\frac{1}{5}$, seque re æquationē fiet valor rei ℞. $\frac{169}{100}$ p̄. $\frac{7}{10}$, & hoc est ꝑcile 2. & alia pars ē 1 p̄, igit' fuit 3. diuide igit' 100. ꝑ 2. exit 50 diuide ꝑ 3. exit 33 $\frac{1}{3}$, iūcti fatiūt 83 $\frac{1}{3}$, dic igit' ꝙ ꝑ 100. rece pit 150. & ita lucrabat' $\frac{1}{2}$, videlicet 50. ꝑ 100. & ille ꝑdide rat $\frac{1}{3}$ dando 150. ꝑ 100. & tertia pars. 100. ē 33 $\frac{1}{3}$, & ita tm̄ ꝑdidit ꝑ 100. vnde hic addidit in capitale lucrādo re spectu illius q perdit 83 $\frac{1}{3}$. mō videndū est quātū lucratur dando 4. ꝑ 5. & manifestum, ē ex dictis ꝙ tm̄ lucratur quartā partē & nō dimidiū, oportet igitur ꝙ loco. 5. reci piat. 6. in capitali ab altero nā sic dando 4. & recipiēdo 6. lucratur dimidiū sui & ita 50. ꝑ 100. & qa ille nō dat nisi ꝑ cābio 5. igitur ille dabit capitale 6. pro 5. & recipi et 4. tm̄ pro. 5. igitur ꝑdet tertiā partē sui capitalis, & qa dat 10. dices si 6. dat 5. qd dabit 10. & inuenies ꝙ dabit 8 $\frac{1}{3}$, igitur dicemus ꝙ ille dabit 10. ꝑ 8 $\frac{1}{3}$, & ego addā in capitale 83 $\frac{1}{3}$ pro 100. respectu illius

Ex hoc cognoscitur quātum in mercatura ingeniū & industria valeat, & quāto difficilior & implicata sit solu tio talis questionis a Fratre Luca posite, verum minus arduum est inuentis addere.

18 Libra Mediolanēsis est vntiarū 13. Venetiis. libra vene ta ē monpolenī vntiarū 9. libra monpolenī est ianue vn tiarū 15 $\frac{1}{3}$, q̄ritur libra ianue quot erit vntiarū Mediola ni, dispone semp sic ꝑ ordinē duc oēs inferiores inuicē fiūt 20736, hoc diuide ꝑ ꝑductū superius semp dimittē

do illud ꝙ q̄ris vt pote quot vntiaꝝ Mediolanēsiū sit libra ianuensis, potes autē diuidere primo p 13. deinde p 9. deinde p 15 $\frac{1}{3}$ vel p ꝓductū simul Idē.n. exit

12	$\frac{13}{12}$	$\frac{9}{12}$	$\frac{15\frac{1}{3}}{12}$
Med.	Ven.	Mon.	Ian.

ꝓductū igitur fuit 1794. diuido p ipsum 20736. fiūt vntie 11 $\frac{1002}{1794}$ & tot cōtinet libra ianuensis vntiarū Mediolanēsiū, si autē velles scire cōtrariū videlicet quot vntiarū ianuēsium esset libra Mediolanēsis, tunc dic si 11 $\frac{1002}{1794}$ ꝓducit 12. qd ꝓducet 12, duc 12. in 12. fit 144. & hoc diuide p 11 $\frac{1002}{1794}$, & idē ꝓueniet si duxeris oēs terminos superiores diuidendo p vnū minus ex inferioribus veluti diuidēdo 1794. ꝙ fuit ꝓductū triū superiorū p 144. ꝓductū duorum inferiorū vnde exibunt vntie 12 $\frac{11}{24}$ & ita dico idē de cētenariis, pone numeros diuersitatis semper superius, & centena inferius, & regula est eadē precise & hoc ē valde vtile in trāsmutatiōibus & mercimoniis quare &c.

19 Cū volueris scire in trāsmutationibus inæqualibus quāta pars peccunie sit danda, & a quo diuide pretia apretiata, p differentiā inter prætiū verū & apretiatum, in singulis, Et cui aduenit minus illi cōtingit dare peccuniā, deinde diuide ꝓuentū minorē p maiorē, & ꝙ exit est pars danda de mercibus, residuū debet dari in peccunia numerata. Exēplū quidā vedit argētū valoris 4. p 5. & recepit lanā valoris 6. p 7. q̄ritur quāta pecunia dz farciri cābiū h̄, & a q̄no, clarū ē ꝙ 5. & 7. sunt p̄tia ap̄tiata, differētia 5. ad 4. ē 1. & 7. a 6. est 1. diuido 5. & 7. p suas differētias exeūt iidē videlicet 5. & 7. igitur ille q dat 6. pro 7. debet recipere peccuniā qa 7. est maior quā 5. Ad sciēdū autē quātum diuide minorē prouentū q est 5. p maiorē q est 7. & exe

1	
4. Pro 5.	
1	
6. Pro 7.	
$\frac{5}{1}$	$\frac{7.}{1.}$
5	7.
$\frac{5}{7}$	$\frac{2}{7}$

unt $\frac{5}{7}$. & tantum dabit ille de argẽto, Et reliquũ quod ẽ $\frac{2}{7}$ debet dare in peccunia numerata, & ita cambiũ fiet æquale recipiendo totam lanam pro valore Cambii.

¶ Caput 56. De cambiis.

1 ANtequã veniamus ad cognitioẽ cãbii scire oportet oẽs gẽtes habere duo genera peccuniarũ, fixũ & mobile, peccunia fixa est q̃ ꝓportioẽ ad suas partes nũquã mutat veluti Mediolani, Aureus camere valet semp libras 4. libra solidos 20. solidus nũmos paruos 12. & ita aureus valet solidos 80. & nũmos 960. & venetiis aureus camere valet sp libras 6. solidos 4. & libra valet solidos 20. & solidus nũmos paruos 12. igitur aureus valet solidos 124. & nũmos 1488. & grossos ẽt vocãt $\frac{1}{24}$ aurei vnius, vnde valet solidos. 5. nũmos. 2. ꝙ est dicere nũmos 62. Peccunie autẽ mobiles duplices sunt auree & argẽtee, & he mutãt valorẽ nõ tm̃ respectu fixarũ, quãtũ etiam respectu suarũ partiũ, veluti aureus valebat solidos primo 85. Mediolani, deinde tm̃ auctus est vt nunc valeat 120. & similiter venetiis aureus, aliquãdo valuit solidos 124. & nũc valet 140. & etiã ẽ mutatio respectu mobiliũ, nã aureus Mediolani valuit 4. testonos plus solido vno & nũc valet plus solidis 8. nã 4. testones valẽt solidos 112. igit̃ auctũ est ꝑtiũ aurei super pretiũ argẽti ꝙ fuit quarta pars aurei, est etiam auctio diuersa iti monetis, nã solidi argẽti non dico fixi, sed est genus monete, nũc valet 12. nũmos sicut prius valebat, & tñ testones sunt aucti a 21. solidis quos valebãt argẽteis ad 28. solidos argẽteos quos nunc valẽt, & ita aucti sunt tertia parte & tñ solidi nihil, vnde ea rõne solidus deberet valere nũmos 16. & nõ valet nisi 12. Moneta igitur aurea Mediolani multorũ ẽ modorũ & diuersi pretii ꝑ dũc supponamus eũ valere libras 6. Mediolanẽses & testo

nes asses siue solidos 28.& Floreni solidos 84.& Moze
nighi solidos 20.modo Venetiis aurei valent libras 7.
Floreni solidos 56.Mozenighi solidos 20.hec sufficiant
pro exemplis cõmutandarum monetarum.

2 Aduerte secũdo q̃ cãbia monetarũ dupliciter cõside-
rant̃ penes ꝓportionẽ excessus ne qua inferius dicã,&
penes æqualitatẽ verã quã dico consistere in auro sub
æquali bonitate & põdere:vnde dico q̃ aurei 100.Me
diolani,sunt idẽ etiã Venetiis,& Lugduni,pp tres cau
sas prima ẽ facilitas defferẽdi de vno loco ad aliũ cum
modico labore,impensa:periculo,& timore corruptio-
nis,vnde dato q̃ minus valerẽt Venetiis quã Mediola
ni possent defferri modica iactura.secũda cã ẽ qa licet
minus valeat in vno loco quã alio,etiã relique monete
minus valẽt & merces,nã æstimatio auri secũdum co
munẽ cursum reliqua omnia ꝓportionaliter secũ tra-
hit:tertio qa si velles æqualitatẽ reducere ad aliud mo
nete genus aut ad fixã & tũc pp valoris in vna regione
variationẽ in mobilibus,aliquãdo peruenires ad iacturã
vel lucrum tertie partis,nõ est igitur melior æqualitas
quam cõmutatio in diuersis locis auri eiusdẽ bonitatis
& ponderis,qui autem aliter sentiunt grauiter errant.

3 Ex hoc trahitur ꝓportio monete fixe vnius loci ad mo
netã fixã alterius,veluti aureus valet Venetiis libras 7.
Mediolani.6.igit̃ cũ ꝓportio 7.ad 6.sit sexquisexta,erit
libra Mediolanẽsis sexquisexta venete,& ita valebit so
lidos 23 $\frac{1}{3}$ venetos,& assis Mediolanẽsis valebit 14 nũ
mos venetos,& libra veneta valebit $\frac{6}{7}$ libre Mediola-
nensis,quod est dicere solidos 17 $\frac{1}{7}$,& ita ex auro pote-
ris reliqua ad proportionem reducere.

4 Et nota duo primũ q̃ oẽs fere cõtractus fiũt in genere
monete fixe,veluti promitto 100.aureos Mediolani.in
telligunt̃ libre 400,& nõ 600,& ita venetiis 620. & nõ

700. nota secundo quod campsores habēt quedam genera separata monete fixe vt marcas & vntias auri.

5 Ex qbus couenit eū q cābiare vult in genere quolibet cābii scire tria, primū q̄ talis est ꝓportio libre ad librā, sicut solidi ad solidū, & nūmi ad nūmū, & hoc vbi libra cōtineat asses 20. & assis nūmos 12. alterum est q̄ oportet scire valorē cuiuslibet monete tā fixe quā mobilis, & ꝓportionē inter eas, & æqualitatē que dicta ē in auro, & excessum lucri in dando & accipiēdo genera peccuniarū, & similiter vsum ꝓpriū cāpsorū in suis monetis fixis, de tali autē lucro dicemus inferius. terno q̄ sicut per monetā fixā fiūt cābia vēditiones & pacta, ita oēs solutiones fiūt cū moneta mobili nō fixa, nā moneta fixa ē res tm̄ ymaginaria, & solutio in peccunia fixa intelligit̄ altero 4. modorū vel dare tm̄ de moneta fixa loci cōtractus in moneta ſm valorē loci cōtractus, velun Mediolani accipio libras 100. redditurus lugduni libras 100, Mediolanenses in peccunia, sub valore quo Mediolani valet & hoc cōtingit raro. secūdus modus ē accipio libras 100. Mediolani daturus venetiis libras centum Mediolanēses cursu monete Venetiis, & hoc rarissime aut nunquā cōtingit. tertius modus ē accipio libras 100. Mediolani daturus libras 116⅔ venetas ex moneta currēte Mediolani, & hoc nūquā credo cōtingit. quartus modus est accipio libras centū Mediolani daturus Venetiis libras 116⅔ ex moneta veneta & hoc accidit quandoq̄.

6 Frequētius autē cōtingit vt inter distātia loca cōmutatio fiat in peccunia mobili, & hoc duobus modis primus accipio aureos 100. Mediolani totidē vel eius valorē nunc redditurus Venetiis in peccunia veneta, secūdus est accipio aureos cētū totidē redditurus Venetiis sub valore tēpore illo Venetiis in peccunia veneta, sum

etiā modī alii rari vt pote q̄ accipio aureos centū Me-
diolani redditurus valorē Venetus, quē nūc valent in
peccunia Mediolanensi, quartus accipio aureos 100.
Mediolani redditurus totidem aut eorū valorem tunc
Venetis in peccunia Mediolanensi.
7 Cū volens scire cōmutationem inter duo loca habes
eā ex dicendis, inter tria autē & 4. & plura ex duobus
cognoscet ac ex duobus, vt pote sit cābiū inter Medio
lanū lugdunū & Brugis, iā doctus es rōnē Mediolani
& Lugduni, deinde Lugduni & Brugis, vnde sciemus
etiā cōmutationem Mediolani & Brugis, & vniuersali
ter cū sciuntur quelibet duo scit etiā cōpositio ex illis,
reducendo vt pote monetā Mediolanensem & Brugis
ad Lugdunensem, tanquā comunē & hoc bene nota.
8 Et nota regulā generalē q̄ in omnibus cābiis & trans-
mutationibus, tantū vnus perdit quātū alius aquirit, &
ecōtra, vnde si ego aquiro decē alius, p̄dit 10: & ita co
gnito lucro vnius cognoscit dānū alterius, & ideo vna
regula sufficit p̄ lucro & dāno: memēto tn̄ q̄ si vnus
aquirit 20. pro 100. alius perdit $16\frac{2}{3}$ pro 100, vnde si vis
scire vnū p̄ aliud dicas 120. dat 100. qd dabit 100. & ha
bebis $83\frac{1}{3}$, & ita econtra si $83\frac{1}{3}$ dat 100. quid dabit 100.
& dabit 120. igitur tam in substantia quam in propor-
tione, cognito lucro cognoscitur dānum & econtra.
9 Cābiū igit quadtuplex est minutū reale siccū & fictū.
Cābiū minutū est, transmutatio diuersatū peccuniarū
in vno loco eodē, veluti si vadā ad trapezitā & defferā
aureos, & recipiā mocenighos pro valore aureorū, &
circa hoc cōsuetū est dare ipsi campsori, 1. pro 100. vel
vnū solidū p̄ aureo, & si summa sit magna, dant vt plu
rimū minus vt 1. p̄ 200. & talis vtilitas est licita, si autē
quis defferat adulterinam aut mancam monetam ad
incidendum, tunc nō est amplius cābium sed venditio.

10 Cãbiũ reale ẽ acceptio peccunie in vno loco pro data in altero loco, & qm̃ est ad comunẽ vtilitatẽ & neccessariũ ad mercaturã, igit̃ est licitum, omne.n. neccessarium est licitũ, vnde etiam militia est licita: & hoc vbi rite exerceatur & absq; dolo & concussione.

11 Et ponamus q̄ ego indigeã peccuniis Lugduni, & habeã eas Mediolani: numerabo ipsas Mediolani campsori vel mercatori & ego vocor tunc dator vel cãbiator, & recipiẽs vocat̃ principalis, q̄ ẽ principaliter debitor, & talis scribit litteras ad amicum suũ Lugduni, quas dat mihi vt ego mittã eas Lugduni ad amicũ meum, q̄ mediãtibus literis eã peccuniarũ summã ab amico principalis exigat, vnde in tali cãbio reqrũtur quattuor psone, videlicet dator, & amicus datoris, & principalis, & amicus principalis, vel saltẽ tres & hoc vbi egomet reciperem litteras, & irẽ Lugdunum ad exigẽdum peccunias ab amico principalis tunc non vterer amico aliquo & ideo essemus tantum tres.

12 Et circa hoc cõsiderãdũ ẽ q̄ cãbiator incurrit tria pericula vt pote ego q̄ do peccunias, ne vel principalis me decipiat cui dant̃ secundũ ne amicus principalis nolit eas exbursare, tertiũ ne amicus mei datoris aut nõ restituat mihi, aut remitat peccunias in qua remissione cadunt pericula. Circa secũdũ horũ nota q̄ multotiẽs cõtingit amicũ principalis nolle peccunias vel non posse restituere amico datoris, & tũc amicus datoris remitit datori tria, videlicet litteras cãbii, & protestationẽ petite peccunie & negate ab amico principalis, & valorem peccuniarum in loco in quo debuit fieri restitutio, circa q̄ nota q̄ fere semper restitutio peccuniarũ fit s̄m valorẽ loci in quo debet fieri restitutio, & nõ loci in quo prius fuerãt exbursate, q̄ si amicus principalis neget dare peccunias, tũc amicus principalis remitit tria dicta, qui-

bus mediãtibus dator exigit peccunias quas principali dederat ab ipso principali sub forma valoris nõ loci in quo sunt, sed vbi fiẽda erat restitutio, veluti dedi marchã auri valoris aureorũ 65. Mediolani, alicui mercatori reddẽdã amico meo Lugduni, & ibi valebat tunc in tẽpore restitutionis marcha auri aureos. 68. in cambio, tenetur principalis vbi ille nõ reddiderit amico Lugduni aureos 68, reddere mihi Mediolani aureos 68. & ita tres plusquam a me receperit.

13 Et circa hoc nota ꝙ cõsuetudo reddẽdi peccunias puta aureos. 68. pro marcha auri Lugduni, ẽ dimidium in tot aureis & dimidium in moneta argentea, & hoc est secundũ plurimũ, nã diuersorũ locorum diuersi mores.

14 Circa terdũ nota ꝙ secundũ plurimũ cũ ego dederim Mediolani. 65. aureos alicui mercatori petenti a me, vt reddat eos postmodũ Lugduni, si reddiderit per litteras cãbii tunc ego habebo aureos 65. Lugduni vel parum plus quos opotteret habere Mediolani, & ideo oportet me ingeniari in traducendo dictas peccunias Mediolanũ, vel ꝑ aliud recãbiũ dãdo eas Lugduni alicui q det litteras soluendi eas ꝑ amicũ Mediolani, & hoc est optimũ si cõtingat, secundus modus est vt trãsmitãtur peccunie actualiter Mediolanũ & hic est cum periculo. tertius est vt emantur merces his peccuniis & trãsimitantur Mediolanum & ideo est comune adagius cum tracta semper est remissio.

15 Forma autẽ taliũ litterarũ breuis ẽ admodũ continens intus tempus, diem, nomen cãbiatoris & amici cambiatoris & nomen principalis, locũ in quo fit cambium, & causam, extra autem locum vbi debet fieri restitutio: & nomen amici principalis, cui litere diriguntur.

Quod si per primas nõ soluunt replicant alias eiusmodi

ſenſus, & per eadem verba fere niſi quod adiiciunt ſi per primas vel per alias non ſoluiſtis p has ſoluetis &c.

Exemplum litterarum cambii.

1537. Die 10. Decembris Mediolani.

Soluetis per has primas Antonio de Raude vntias viginti auri Lugdunenſis in proximis nundinis pro totidem receptis hic a Dño Franciſco de Olgiate & ponetis ad computum noſtrum deus a malo vos cuſtodiat.

¶ Veſter Ludouicus de Caſtello, Mediolani.

Extra autem obſignata Epiſtola ſigillo, ita vt infra poſui ſcribitur.

Domino Alphonſo de Taurellis & ſotiis Lugduni.

Ex hoc patet quod talis cambii finis proprie eſt trãſmutatio peccunie de loco ad locum.

16 Sunt autẽ cãbiatores vt plurimũ ipſi cãpſores: aliquando autẽ ẽ ecõuerſo videlicet ꝙ cãbiatores ſunt mercatores, & principales cãpſores, ita ꝙ trapezite aliquando a mercatoribus accipiũt peccunias, alio loco reſtituendas, ſunt igit' duo modi & vnuſquiſqꝫ diuerſificat' dupliciter, vel. n. dans peccunias indiget cãbio, vel recipiens peccunias indiget cãbio. ſunt etiam alii duo modi nõ ita ordinarii qñ aliq̃s q̃ nõ eſt mercator ſed nobilis accipit peccunias exiſtens extra patriã reddendas per ſuos amico campſoris in patria vel cũ antequam diſcedat e patria dat peccunias campſori reſtituendas in loco ad quẽ vult peregrinari, ſunt igitur modi. 6. vt infra.

Campſor dat Mercatori petenti vt reddat Lugduni Mercator amico campſoris.

Campſor dat Mercatori ſponte ut reddat Lugduni Mercator amico campſoris.

Campſor dat nobili petenti ut tedat Lugduni nobilis amico campſoris.

Campſor recipit a Mercatore offerente ut tedat Lu-

gduni campsor amico mercatoris.

Campsor recipit a Mercatore requisito ut redat Lugduni campsor amico mercatoris.

Campsor recipit a nobili offerente ut redat Lugduni campsor ipsi nobili peccunias.

His uisis cōditio fit melior aut deterior qnq; causis.i.ꝗ unus coget soluete 12.ꝑ 100. alius tm̄ duo, alius nihil, alius lucrabit 2. uel tria ꝑ 100. dico de recipiēte peccunias nā ille ꝗ dat rōnabiliter debet semp lucrari, eo ꝗ exponit periculo suas peccunias, & ēt priuat se facultate utendi eis, & mille occasionibus in quibus posset habendo suas peccunias lucrari, conditiones sunt he.

17 Prima est ꝑsona nā cāpsor qa ꝑptie ē ad hoc officium plus vult a mercatore, quam mercator a campsore, & mercator etiam plus a nobili, quam nobilis a mercatore, nam nobilis est valde remotus ab hoc offitio.

Secūda ē q̄tentis cābiū nā licet etiā ꝗ exbursaret peccunias tñ qa q̄rit cābiū in ꝑpriam vtilitatē detenor fit cōditio q̄rētis quā eius a quo reqtitur. tertia cōditio est mora tēpotis quāto plus.n. vult vti peccuniis tāto plus exigit vtilitatis cābiator, a principali quarta cōditio ē acceptio peccunie in loco vbi ē penuria vel habundantia & similiter redditus, nā cābiator plus vult si det peccunias in loco vbi maior sit inopia peccuniarū, quā in loco vbi debēt restitui, ꝗ si in loco vbi dat sit habūdāna, & in loco vbi recepturus est sit penuria peccuniarum, tūc libēter dat & cum omni modica vtilitate. Quinta causa est accidentalis vt pote quod in tempore bellorū magis timēt credere suas peccunias, & etiā ex cōditione recipiētis ꝗ sit pauper, aut infidus, aut contumax solutor, aut sit ꝑsona nimis potēs, fit etiam causalis auctio de qua nūc dicā & fit etiā ex eleuatione peccunie vel desensione in loco in quo debet recipi, de qua for-

mabo casum. omnibus igit̃ his causis grauatur vtilitas dãtis, aut leuis fit, vt quãdoq; pluribus cõcurrẽtibus ille q̃ recipit lucret̃ etiã vtilitatẽ a datore, & vidi vsq; ad 10 ꝑ 100. & hoc maxime cõtingit in nobilibus, qui volunt peregrinari & volũt recipere suas peccunias cũ sunt in loco ad quẽ vadũt, ita ꝙ cãpsor recipiẽs non põt habere vtilitatẽ de peccuniis ꝑꝑ paruã morã, & etiã quãdoq; non habet quod faciat ex eis, vnde videns illius necessitatem si debet recipere peccunias vult solum restituere 90. aureos pro centum receptis, & ita nobilis ille perdit 10. pro centum.

18 Circa q̃ nota duo primũ ꝙ casualiter cãbia augentur hoc mõ cõgregant̃ in nũdinis mercatores descripti, & imponũt quãtitatẽ cõuenientẽ vtilitatis diuersam respectu diuersorũ locorũ, veluti ꝙ marca auri pro Mediolano valeat siue soluat̃ scutis 68. & ꝑ Brugis 62. & ita statuũt in comune cõmodũ ꝑtia cãbiis, & ideo talis auctio ẽ fortuita, qñq; maior & quãdoq; minor, secundũ ꝙ mercatores & solertes cãpsores conant̃ traere peccunias ex locis vbi ẽ copia earum, & reponere ad loca vbi ẽ inopia, & hoc diuersis ingeniis & quãdoq; actuali peccuniarũ trãsmissiõe, si itinera sint secura, nã in locis vbi ẽ peccuniarũ inopia & plures petunt, & cũ maiore dantis vtilitate accipiunt, vnde lucrũ dupliciter auget̃. Fit etiã aliquãdo iactura cambiatori ex permutatione peccuniarũ in valore inter tẽpus in quo exbursauit peccunias, & tempus in quo recipit amicus suus ab amico principalis, & hoc diuersis modis.

19 Cãbiũ igit̃ reale fit 2. modis vel cũ vtilitate certa: vel sine ea, cũ certa veluti cũ vult 3. vel 4. ꝑ centũ de firmo, vterq; autẽ istorũ modorũ fit quattuor modis quotum primus ẽ vt cãbiator det certã summã aureorũ sine extimatione, recepturus eandem vel parũ plus aut minus

in eadē rōne aureorū, vt pote vntias auri ꝓ vntiis, marcas ꝓ marchis, aureos solis ꝓ aureis solis, & hic modus vt dictū ē ꝓpinquior aliis ē æqualitati, qui tñ nō intelligunt vera arimetice fundamēta putant se grauiter dānum pati si aureus decrescat, aut lucrari si crescat, scd's est cū sine certo lucro estimāt aurū sub minori æstimatione cābii, quam possit esse & volunt recipere sub æstimatione cābii currēte, exēplū marcha auri valet aureos 65. in pondere, nec minus valere pōt, dāt igit̃ 65. aureos recepturi marcā auri in nundinis proximis valore quo æstimabit̃ i cābiis, tūc aūt valebit i cābio idest volēti accipere ad cambiū, aureos 71. & ita coget̃ debitor soluere aureos 71. cū acceperit 65. & dicūt ꝙ hoc lucrū ē in certū, nō qdē incertū est lucrū, sed bene quātitas lucri. tertius modus est cū cāpsor dat scutos centū in auro sub ꝓtio magne æstimationis Mediolani, vt pote librarꝫ 570. & nō nominat aureos sed libras, deinde vult Venetis libras tondē Mediolanenses, verū cū in tōne minute monete credat̃ ꝙ 3. libre Mediolanēses sint 4. venete, eo ꝙ solidus Mediolanēsis est $1\frac{1}{3}$ solidi veneti, vnde coget̃ restituere $\frac{1}{3}$ plus in libris Venetis videlicet libras venetas 760. cūqꝫ scutū valeat solidos 135. habebis scutos $112\frac{16}{27}$, vel eorū valorē quo poteris redimere dictos scutos, & ita in paucis mēsibus lucrat̃ $12\frac{16}{27}$ pro centū, & nō videt̃ fœnerari. quartus modus est cū cāpsor dat Venetiis valorem, aureorū centū & sunt mocenighi $583\frac{1}{3}$, nā aureus vt diximus valet libras 7. & mozenighus solidos 24. & vult Mediolani tondē mozenighos quot valent aurei 100. & sunt 600. & ita ex $583\frac{1}{3}$ lucrat̃ $16\frac{2}{3}$. hi sunt modi plerumqꝫ vsitati. fiunt & alii plures prout discurrenti patebit, nam per regulas dicendas cognoscentur, verum vt plurimum his modis semper aliquid firme vtilitatis etiam annectunt.

20 Fiũt & in cãbiis doli multi ꝑ quos ignari expilliant, & inter plurimos paucos recẽsebo ne tam velle docere videar, quã arguere. primus ẽ cũ cãbio incerto in secũdo mõ ex dictis, copulãt 2. vel 3. ꝑ centũ, nã vt diximus cãbiũ illud semp lucrat̃ perse, addere aũt lucro firmo certã etiã vtilitatẽ, est vsura, & ita in omnibus aliis modis vbi perdere est impossibile, secus in expositis iacture vt in primo mõ. secũdus est cũ vsurã accipiendã auferunt ex capitali, vt pote accipis cãbiũ 100. aureorũ ad 10. ꝑ 100. & ipsi dettrãt ex capitali illos decẽ & ita numerãt 90. & voluisti recipere 100, quãobrẽ nõ 10. ꝑ 100. sed $11\frac{1}{9}$ accipiũt, nã 10. est nona pars de 90. & ita soluis $1\frac{1}{9}$ plus ꝑ 100, quã cõuenisti. tertiũ est ꝙ proponunt tp̃s vsq; ad nũdinas unius mẽsis, tanquã sit triũ, nã cõputũ absolutum, non super tempus accipiunt. quartus est ꝙ pacta in moneiis, in aureis ignotis modis ponũt, ꝑ que miser principalis duplũ magis soluit sepius quam existimet.

21 Fiũt aũt aliqñ in realibus cãbiis & longe frequẽtius in siccis fenora intollerabilia, ut cũ dãt marchã auri & uolũt aureos 75. nã hoc ẽ soluere $61\frac{7}{13}$ ꝑ cẽtũ & plus, qa ẽ ad caput 3. mensium & hoc ẽ horribile ciuitatibus, & principes hec tollerare nõ debetẽt, nã hoc ẽ ruina nobiliũ, & ciuiũ, & deus maxima ciuitatibus flagella propter hoc immittit, & roma q̃ gentiũ uictrix fuit, ob magna fenora & Imperiũ simul amisit & libertatem possione uendente, & uos O miseri mortales non recordamini quod nihil prodest homini, si uniuersum mundũ lucretur, anime uero sue detrimẽtũ in inferno patiat̃.

22 Cũ uero aliquis qui nõ ẽ campsor spõte dat peccunias cãpsori, ut eas recipiat alibi ab amico campsoris, tũc nihil certũ accipere põt qa eo ꝙ spõte dat nõ nisi pp tempus accipit, cũ autẽ ipse nullas substineat expensas pp hoc nõ põt accipere utilitatẽ a campsore quin sit usura

23 Cambiũ siccũ fit precise ut reale in litteris & pactis, uerũ littere nõ defferunt᷑ alio nec amicus principalis qui debet persoluere ẽ aliquis talis ei amicus in ueritate solitus exbursare unquam peccunias pro eo, sed p̄ iona ficta & ideo remanẽt littere apud datorez, usq; ad tẽpus solutionis, tunc autẽ dator cũ ficta protestatione, & litteris, & ualore cambiorũ, tanq̃ misisset litteras repetit peccunias a principali, & ita ibidẽ recipit ubi exbursauerat. est igit᷑ tanquam fit cambiũ reale ꝙ solutionem in alieno loco nõ fuerit sortitũ, & quandoq; faciunt uenire litteras ab amico datoris in ueritate protestantes.

24 Est autẽ hoc cambiũ cõstitutũ ꝑꝑ tria, ad uitandaz infamiam, periculũ, & paliandam cõsciẽtiaz, nam sic ꝑꝑ cambii nomẽ nõ fœnatores sed campsores appellant᷑, fugiũt legis periculũ usuram intercipiẽtis, & nõ leuem pœnam imponẽtis, atq; inter cetera capitalis nedũ usure amissionẽ, haberent᷑ ẽt infames nec possent confiteri hoc autem nomine a religiosis absoluuntur, aut ignaris talium rerum, aut libros non querentibus utruz possint sed quomodo possint absoluere.

25 Quod autẽ cambiũ siccũ fit usura pessima paret 4. rõnibus, prima ẽ ꝙ cessat in eo causa finalis cambii realis faciẽtis ipsum licitũ, & est translatio peccunie de loco ad locũ, hec autẽ cessat cũ solutio fiat in eodẽ loco in quo etiam peccunie fuerũt accepte. secũda est quia ex tribus periculis cambii realis siccũ uitat duo ultima ꝑꝑ primũ autẽ nõ cõcedit᷑ utilitas qa tale periculũ est etiam comune mutuo in quo nõ licet qdquam exigere, igit᷑ cambiũ siccũ ẽ usura, hec autẽ pericula cambii realis ordine suo superius diximus. tertia qa cuz maiori tp̄e plus exigit, & cũ minore minus sed temporalis exactio usura est ex peccunia. quarta qa si fiat scriptura talis ut p̄cise iacent eorũ cõuentiones, tunc nõ admitte

tur repetitio peccunie a lege, sed ꝑ usura habebitur, igitur cũ mutatio scripturarũ stante cõuentione eadẽ, nõ faciat cõtractum magis licituȝ quam prius, imo addat malum malo, patet cambium siccum esse uitidem usuram, hoc etiam qdam uocant cambium mortuum.

26 Cambiũ autem fictuȝ est deterius sicco in parte, & in parte nõ, si. n. fiat ad terrorẽ cõtumacis debitoris quoquomõ licitũ est, si autẽ ut exigat̃ est pessimũ, fit auteȝ hoc mõ cũ in cõtractibus etiam licitis timemus ob debitoris cõtumaciã in solutiõe inducias dari, apponunt pactũ ut ad damnũ debitoris quãtũcũq; magnũ liceat creditori eas peccunias ad cambium accipere, quarum usuram debitor ipse postmodũ persoluere cõuincitur, tunc igit̃ exacto termino cõniuẽs creditor cum amico aliquo campsore, aut mercatore, fingit peccunias ꝑ ea summa accipere litteras, amicos, tempusq; constituunt aliquando quideȝ in terrorem sepius in debitoris etiaȝ iacturam intendentes, unde ut diximus ex fine uel licitum, uel illicitũ reddit̃. forma autem omnium excepto figmento, est qualis in reali & sicco fieri solet.

27 Quantum autẽ ad casus ponam tñ neccessarios nam stultum est in rebus seriis casus exponere impossibiles maxime multos. Quidam igit̃ uoluit litteras cambii a campsore Mediolani ꝑ aurei s500. quos exbursauerat ei ut reciperet eos Venetiis: campsor uoluit. 5. ꝑ 100. q̃rit̃ ꝑ quanta summa esse debent. adde semper exactionem q̃ est 5. supra id cuius est exactio uidelicet 100. & fit 105. & dic si 105. nat 100. qd dabunt 500. duc 500. in 100. fit 50000. diuide p 105. exeunt $476\frac{4}{21}$, & tot erunt. solutionum autem genera duo sunt aut. n. tenemur dare certam peccuniam ut pote florenos rhenenses & nil aliud, & tuoc nõ est cõsilium iu re omnino neccessaria aut tenemur dare ualorem & ita reducimus ad libras

loci in quo fit solutio, vel fatiemus solutionē in alio genere librarū nihil refert, dūmodo pacta sint talia, cum igitur solutio est ficēda in aliquo genere monete fixe, & habes duo vel tria genera monete mobilis diuersi valoris respectu solutionis, & respectu loci in quo fienda est solutio, vel a quo peccunie mittant͛, semp vnica satisfaties regula, q̄ ē nue valorē peccunie in genere soluendorū, per 100. & diuide p valorē in genere retinendorū, & q̄ exit serua, & ita fac in omnibus deinde cōsidera maiorē & talis peccunia q̄ pduxit maiorē danda est reliqua retinēda, post detrae vnū ab alio, & differentiā duc in centū, & diuide p terminū minorē, q̄ exit est lucrū pro centū in capitali, deinde si vis totale lucrum duc lucrū pro 100. in totū capitale & diuide p centum.

28 Excēplū aureus valet Mediolani solidos 120. & mozenighus solidos 20. Venetiis autē vt dictū ē aureus valet solidos ne suis 140. & mozenighus 24. & ponamus q̄ debeā dare vni libras 300. venetas, & ego sim Venetiis vel mediolani nihil refert, tunc q̄rit͛ quali moneta aureis ne an mozenighis melius sit debitū persoluere, valor auri in genere soluēdorū est 140. solidi, duc igitur in 100. fit 14000, diuide p 120, & est valor aurei in genere retinendorū, nā retines ipsum si vis, expenditurus in valdre Mediolanensi, exeūt igit͛ $116\frac{2}{3}$. & similiter duco 24. q̄ est ualor mozenighi in genere soluēdorū in 100. fit 2400. diuido p 20. & est ualor in genere retinendorū uis, n, retinere ut expēdas

Primum. Exemplum.

Aurens	120	140	$116\frac{2}{3}$
		100	
Mozenighus	20	24	120

Differentia, $3\frac{1}{3}$

$116\frac{2}{3}$ $3\frac{1}{3}$ 100—$2\frac{6}{7}$

100 $2,\frac{5}{7}$ 300—$7\frac{4}{7}$

expēdas Mediolani, excunt 120. igit᷑ cū 120. sit maius 116 $\frac{2}{3}$, igit᷑ p regulā melius ē dare mozenighos, quā aureos: & si q̄ras quārū detrae 116 $\frac{2}{3}$ a 120. remanēt 3 $\frac{1}{3}$, dico igit᷑ & nota bene ꝙ in omnibus 116 $\frac{2}{3}$ lucraris 3 $\frac{1}{3}$: dic igit᷑ si 116 $\frac{2}{3}$ lucrat᷑ 3 $\frac{1}{3}$: qd lucrabit᷑ 100. & inuenies ꝙ lucrat᷑ 2 $\frac{6}{7}$: p 100. idest ex omnibus 100. libris Venetis lucrat᷑ libras 2 $\frac{6}{7}$ venetas dādo mozenighos, si autem vis scire qd in libris 300. lucret᷑ dic si 100. dat 2 $\frac{6}{7}$ quid dabit 300. duc 2 $\frac{6}{7}$ in 300. & diuide per 100. exit 7 $\frac{4}{7}$.

29 Et ponamus ꝙ valor sit idē, sed debitū sit in libris 300. Mediolanēsibus, & sim Venetiis tūc valor soluēdorū est valor Mediolanēsis, dispone igit᷑ ipsum ante vt supra sed ecōuerso ita vt valor retinendorū sit post duc igit᷑ 120. i 100. fit 12000 diuide p 140. exit 85 $\frac{5}{7}$ & similiter duc 20. in 100. fit 2000. diuide p 24. exit 83 $\frac{1}{3}$, igit᷑ cū 85 $\frac{5}{7}$ excedat 83 $\frac{1}{3}$ erit melius dare aureos, quā mozenighos detrae minus a maiori remanet differentia 2 $\frac{8}{21}$ & iō dic si 83 $\frac{1}{3}$ dat 2 $\frac{8}{21}$, qd dabit 100. & dabit 2 $\frac{6}{7}$, & tm̄ lucrabit᷑ videlicet pro omnibus 100. libris Mediolanensibus lucrabens 2 $\frac{6}{7}$ libras Mediolanenses, & hoc est verum luctari pro 100. si autem vis pro tota suma duc 300. in 2 $\frac{6}{7}$, & diuide p 100. exit 7 $\frac{4}{7}$.

Secundum Exemplum.

Aureus.	40	1120		85 $\frac{5}{7}$
			100	
Mozenighus.	24	20		83 $\frac{1}{3}$
				2 $\frac{8}{21}$

83 $\frac{1}{3}$. 2 $\frac{8}{21}$. 100 — 2 $\frac{6}{7}$

00, 2 $\frac{6}{7}$. 300. 7 $\frac{4}{7}$

30 Moderni arithmetici in hoc grauiter errāt, cogita mō nostrorū cōditionē tēporū, qm̄ si in rebus tā apertis & in q̄bus fallaciā accidere posse negat aristoteles, ita grā

uiter delirāt, qd credis faciāt medici, iurecōsulti, ac alii artifices, qbus in erroribus reclamandi semp angulus aliqs relictus est, nobis autē cū erramus res ipsa obstar, detegit, coarguit amētiā nostrā, sed ne videamur silentio accusare, publicū operādi modū demonstremus. si igit in primo exēplo qd melius & quātū sit explorare velis cōstitue ecōtrario quā feceris in rōne nostra pria, videlicet valorē retinēdū ante, & exbursandū post, veluti in figura & non refert ꝙ hic posuerim libras 7. & 6. in prima rōne, 140. & 120. solidos. idē. n. ē potuisses & ibi operari per libras vt hic, & hic p solidos nihil. n. reffert qm̄ precise idē redit, duc igitur in crucem vt vides 7. in 20. & fit 140. & 6, in 24. fit 144. subtrae vnū ab alio remanēt 4. post duc 7. in 24. fit 168. diuide 168. p 4. exit 42. igit lucrat $\frac{1}{42}$ si vis scire quātū ꝑ 100. dic si 168. lucrat 4, qd lucrabit 100. & inuenies ꝙ lucrabit 2 $\frac{5}{21}$, & nos posueramus ꝙ lucrabat 2 $\frac{6}{7}$. p cōuersum in secūdo exēplo situant econuerso, vt vides & ducunt vt prius & fit vt lucret 3 $\frac{1}{3}$ ꝑ 100. nos aūt exposuimus ꝙ lucratur 2 $\frac{6}{7}$ ꝑ 100. igit cā est ꝙ ipsi fatiūt lucrari in primo exēplo libras 2 $\frac{5}{21}$ Mediolanēses. ex capitali 100. venetarū & in secūdo exēplo fatiunt lucrari libras 3 $\frac{1}{3}$ venetas. ꝑ qbuslibet 100. Mediolanēsibus, hoc autē nō ē lucrū ꝑ 100. cū lucrū sit alte-

Tertium Exemplum

Aur.	7 X 6		144
Mocen.	24	20	140
	168		$\frac{4}{168}$
168.	4.	100.	— 2 $\frac{5}{21}$

Quartum. Exemplum

Aur.	6 X 7		140
Mocen.	20	24	144
	120		$\frac{4}{120}$
120.	4.	100.	3 $\frac{1}{3}$

rius rõnis a capitali, nã libr a Mediolanẽsis vt dictũ est maior ẽ sexta parte libra veneta, ꝙ autẽ ita sit declaro in secundo exẽplo, & est ꝑbatio operationis, si velis soluere libras 300. Mediolanẽses cũ aureis 50. ꝑsolues, itẽ cũ mocenighis 300. si igit᷑ soluas cũ mocenighis supersunt aurei 50, q valẽt venetiis libras 350. si autẽ solueris cũ aureis supsunt mocenighi 300. q valẽt libras 360. igitur lucraris mõ libras 10. vænetas ex 300. Mediolanẽsibus, vel 350, vænetis, mõ libre 10. vænete nõ sunt de 350 vænetis, vel de 300, Mediolanẽsibus, nisi $2\frac{6}{7}$ ꝑ 100. & nõ $3\frac{1}{3}$, igit᷑ patet erroris manifestatio, hec rõ tñ inseruit volẽti scire quãtũ lucrat᷑ ꝑ 100. de alia moneta respectu sue, vt pote cũ dicimus ꝙ si aureus hic valeret 84. solidos, & in ꝑuintia grossos 36. & florenus renhẽsis hic solidos $62\frac{1}{2}$, & in ꝑuintia grossos 26. tunc vt vides in figura, dicemus, lucrũ fore ꝑ omnibus 100. solidis Mediolanensibus grossũm $1\frac{9}{35}$ ꝑuintialez nõ est tñ hoc scire lucrũ ꝓprie pro 100. & ita dicas in reliquis. si autem volueris scire quãtũ lucratur aureus vel florenus aut mozenighus in primo exemplo aut in secundo adde sortẽ ad 100. & duc ipsam in valorẽ retinẽdorum peccunie retẽte, & diuide ꝑ 100, addita sorte, ꝙ exit est lucrũ peccunie retẽte, veluti ĩ primo exẽplo duc 120. in $2\frac{6}{7}$, fit $\frac{2400}{7}$: diuide ꝑ $102\frac{6}{7}$, exit $3\frac{1}{3}$, & tot solidos mediolanẽses lucrat᷑ aureus similiter in secũdo duc 24 in $2\frac{6}{7}$ fit $\frac{480}{7}$, diuide ꝑ $102\frac{6}{7}$ exit $\frac{2}{3}$. & ita mocenighus lucratur $\frac{2}{3}$ solidi veneti. in tertio autẽ & quarto mõ, duc lucrum ꝑ valorẽ soluẽdorũ peccunie retẽte, & diuide ꝑ 100, ꝙ

Quintum Exemplum.

Aur. 84	36	2250
	X	
Flor. $62\frac{1}{2}$	26	2184
5250		66
		5250
5250, 66,	100,	$1\frac{9}{35}$

exit est lucrū peccunie retēte veluti in tertio exēplo duc o 140. in 2 $\frac{8}{21}$, fiūt $\frac{7000}{21}$: diuide p 100. exeūt $\frac{70}{21}$: q̄ ē 3 $\frac{1}{3}$ & tm̄ lucrat aureus de solidis mediolanēsibus, & ita in quarto duc 3 $\frac{1}{3}$ p 20. fiunt 66 $\frac{2}{3}$, diuide per 100. exeunt $\frac{2}{3}$ & ita mocenighus lucratur $\frac{2}{3}$ solidi veneti.

Patet etiam veritas ex hoc eius quod euclides dixit, quoniam ambitus octocedri, est in sexquialtera propor tione ad ambitum tetracedri, nam 1212. ẽ dimidio plus quam 808, precise.

21 Et etiã sciemus quãtitatẽ circũferẽtie partis sphere vt in fontibus marmoreis, & sit a b, 12. & d c. 4, diuide, a b. p



æqualia fit 6, duc 6. in se fit 36. diuide 36. p 4. ꝙ exit ẽ resi duum diametri, cui adde 4, fiet tota diameter 13, habita diametro quere areã sphere p p̃dicta q̃ est 531 1/7: huius accipe dimidiũ & est 265 4/7, deinde dic si 6 1/2 semidiame

ter ꝑducit 265 $\frac{4}{7}$ aree, ꝙ ꝑducet 4. duc 4. in 265 $\frac{4}{7}$ fiunt 1062 $\frac{2}{7}$, diuide ꝑ 6 $\frac{1}{2}$ exeunt 163 $\frac{3}{7}$, & tanta est area circũferentie. a c b proposite, nihil minus hec regula nec demõstrari potest nec est precisa sed quia nũc melior non succurrit & nõ fit error sensibilis ideo recepimus eam.

22 Vt aũt cognoscas modũ inueniẽdi ambitus. sit gratia exẽpli quærendus ambitus duodecedri, ẽ aũt eius latus 3568. quadroiplum fit 12730624. hoc multiplico per decimã sextam regulam sexagesimitertii capituli in 5056. fit 64366034944. diuide hoc ꝑ 2939. exit 21900658. & hec ẽ area vnius supficiei duodecedri quare cũ duodecedrũ habeat 12. supficies tales multiplicabimus hoc ꝑ 12. & habebimus areã duodecedri 262807896. & q̃a hic supponimus diametrũ 10000. & volumus diametrũ esse tãtũ radicẽ 700. dicemus si. 100000000. ꝙ est quadratum 10000. ꝑducit. 262807896. qd ꝑducet 700. quadratum ℞. 700. eo ꝙ sicut linee sunt inuicẽ proportionate ita & q̃drata cũ supfitieb⁹ multiplica igit̃ 700. in 262807896. fiũt 183965527200 diuide hoc per 100000000. exit subtrahẽdo. 8. litteras per 8. nullitatibus hoc 1839. cum illa fractione quam posui pro vnitare & fiet 1840. ambitus duodecedri.

1839	65527200
1	00000000

$1839\frac{65527200}{100000000}$

23 Et ex hoc dabitur modus inueniendi aream cuiuslibet corporis regularis circumscriptibilis ipsi sphere & sit.

Exemplum in vno pro cunctis, & sit intentio querendi ambitum exterioris duodecedri.

Iã scitũ ẽ ꝙ latus interioris ẽ 3568, & hoc vbi diameter sphere sit 10000, ꝑbauimus aũt in quadragesimo quarto capitulo ꝙ vbi diameter circuli fuerit 10. erit latus pentagoni ℞. V. 62 $\frac{1}{2}$ m̃. ℞. 781 $\frac{1}{4}$ & in partibus q̃bus diameter circuli ẽ 10000. latus pẽtagoni est 5878. dic igit̃ si 5878, latus pẽtagoni ꝑducit 10000, diametrũ circuli


circūscribētis qd producet 3568, latus duodecedri multiplica 3568, in 10000. fit 35680000. diuide per 5878. exit 6070. diameter circuli ambiētis pētagonū vnū duodecedri quo inuēto cape eius dimidiū qd ē 3035. & qa katetus cuiuslibet corporis regularis cadit a centro sphere in mediū cuiuslibet supficiei ipsius corporis igit deducto quadrato semidiametri circuli qd ē 9251225. ex quadrato semidiametri sphere qd ē 25000000. habebimus residuū 15788775. qdratū kateti cuius ℞. ē katet⁹ videlicet 3974. dices igit si katetus 3974. pducit semidiametrum 5000. qd pducet 5000. katetus multiplica 5000. in se fit 25000000. diuide p 3974. exit 6291 semidiameter sphere circūscribēns duodecedron exterius eo qd sicut semidiameter sphere prioris ē semidiameter respectu duodecedri interioris ita fit katetus respectu duodeceri exterioris quare cū kateti sint pportionales semidiametris multiplicando semidiametrū sphere in se & diuidendo p katetū duodecedri interioris habebimus semidiametrū sphere circūscribentis duodecedrū exteriorē & fuit 6291. quare diameter erit duplū videlicet 12582. hoc quadra & fit 158306724. dic igit p regulā vigesimam huius capituli si quadratū diametri qd ē 700. pducit areā duodecagoni 1840. qd pducet quadratū diametri quod ē 158306724. multiplica igitur 158306724. in 1840. & fit 291284372160. hoc diuide per 700. exit 416120531 $\frac{23}{35}$ & tanta est area duodecedri circumscriptibilis sphere cuius diameter est 10000.

Quod si velles areā duodecedri circūscribentis spherā cuius diameter sit ℞. 700. dices si 100000000. quadratū diametri que fuit 10000. pducit areā duodecedri exterioris 416120531 $\frac{23}{35}$ qd pducet 700. quadratū diametri sphere cuius diameter ē ℞. 700. multiplica igitur 700. in 416120531 $\frac{23}{35}$ & fit vt prius 291284372160. hoc diuide per 100000000. abiiciēdo octo litteras & fiet area duo

decedri circumscribentis spheram cuius diameter ē ℞. 700. hoc 2913.

Et ex hoc venimus in cognitionē q̄ ambitus sphere sit quadruplus sup̄ficiei maioris circuli illius sphere cū. n. iunxerimus 2913. ambitum duodecedri exterioris cum 1840. ambitu interioris duodecedri fiūt 4753. cuius dimidiū ē 2376. & q̄a longe maior ē excessus sup̄ficiei exterioris duodecedri ad sup̄fitiē sphere quam superficiei sphere ad superficiē interioris duodecedri igit̄ conueniēt vt sup̄fities sphere sit minor 2376. & iō posita ea 2200. erit quadrupla areee maioris circuli q̄ etiā ex aliis areis corporū cognoscit̄ ponemus igitur aream sphere exteriorem quadruplam circulo maiori illius sphere.

Diameter sphere.	℞.	700
Quadratum diametri.		700
Area duodecedri exterioris.		2913
Area sphere.		2200



24 Et cū fuerit pyramis cuius latus fuerit 20. & semidiameter basis 5. & sit rotunda vel trigona, vel pentagona, nō curo, & voluero diuidere eam in aliquo loco ita q̄ area superior pyramidis curte sit exēpli graria nona pars, tunc semper accipe ℞. illius partis vt pote ℞. $\frac{1}{9}$ est $\frac{1}{3}$, deinde multiplica 5. in numeratorē $\frac{1}{3}$ & est 1, & fiet 5, & hoc diuide per denominatorem $\frac{1}{3}$, qui est 3, exit 1 $\frac{2}{3}$, & tāta debebit esse diameter superfitiei superioris pyramidis curte, pro qua inuenienda multiplica 20. latus in 1 $\frac{2}{3}$ fit 33 $\frac{1}{3}$, diui-


de p 5. exit $6\frac{2}{3}$, & tāta erit pars lateris pyramidis supioris abscindēde, & residuū erit $13\frac{1}{3}$ latus vz q̄ remanebit

25 Per hec autē mediātibus regulis algebre, poteris infinitos formare casus. Et hec de supfitiebus corporū dicta suffitiāt: nā reliqne mēsure supfitierū ambiētiū corpora siue regularia siue irregularia, siue æqualia, siue inæqualia, habent̄ p mēsurā lateꝝ triāgulorū, reductis supfitiebus omnibus in triangulos, secundū q̄ docuit p̄cedēs capitulū. Exēplū si fit corpus cōstās ex duabus supfitiebꝰ pentagonis, & tribus q̄drilateris, & duabus exagonis & reliqs trigonis, reducā omnes in triangulos, & mensurabo omnia latera illorū, qbus cognitis p regulā triāgulorū, habebo areā vniuscuiusq̄ trianguli, iungendo, diuidendo, subtraendo, multiplicando, ℞. accipiendo: ꝑut in p̄cedenti capitulo dictū est qbus habitis si simul iungantur habebitur ambitus siue circumferentia totius corporis.

Et simil'r ambitus pyramidis rotūde fit ducta linea veniēte a cono pyramidis ad pifēriā circuli basis in dimidiū circūferētie circuli basis. q̄ pz ex piramidibꝰ 720. basiū inscriptis & circūscriptis pyramidi rotūde: & eriā qa ꝓportio linee ad lineā ē veluti circuli basis ad circulū basis in tota piramide & eius medietate vnde circulus medius pyramidis ē dimidiū circuli existentis in basi pyramidis quare cōstat q̄ superfities tota superior piramidis fit ex linea veniēte a cono eius ad basim extra in dimidiū circūferentie ipsius basis exēplū fit catetus piramidis. n. ℞. 375. & diameter basis 10. cape dimidiū 10. q̄ ē 5. duc in se fit 25. quadra ℞. 375. fit 375. iunge simul fiunt 400, cuius ℞. q̄ est 20. est linea conoidalis, multiplica igitur 20. in dimidiū circūferentie basis q̄ ē $15\frac{5}{7}$ fiet $314\frac{2}{7}$ & tanta est superfities tota superior piramidis non computata basi idest circulo.

26 Mensura aũt corporũ hoc modo habet᷑,& primo sphe re, duc supfitiẽ totã exteriorẽ in $\frac{1}{3}$ semidiametri, pduce tur sphera, Exemplum sphera cuius diameter fuit 7. ha buit superfitiem 154. ducito in $1\frac{1}{6}$, quod est sexta pars diametri. fit $179\frac{2}{3}$, & tantum est corpus illius sphere.

27 Et similiter quelibet pars sphere terminata in centrũ pducitur ex ductu superfitiei in $\frac{1}{6}$ diametri, veluti si ca piamus superfitiem alicuius sphere que sit 34, & sit dia meter 7. ducemus 34. in $1\frac{1}{6}$, fiunt $39\frac{2}{3}$, & tãta erit portio. Et ex hoc colligit᷑ corpus vnius partis sphere, & sit exẽ pli gratia portio. a c b. cuius. a b. cognita sit & d c. erit q᷒ per 21. regulam huius ambitus. a c b. cognitus & d e cognita, cumq᷒ per precedẽtem corpus. e. a. c. b. ymagi nabile fiat ex ductu ambitus in tertiam partem e c. erit cognitum, & quia etiã corpus. e a b. cognitũ est fit enim ex tertia parte. d e. in circulum cuius diameter est. a b detracto hoc ex illo remanebit corpus. a c b d. cognitũ.




Exemplum sit. a b. 12. & d c. 4. erit per dicta diameter 13. quare. d e. erit $2\frac{1}{2}$: & circulus cuius diameter erit a b fiet $113\frac{1}{7}$: duco in $\frac{1}{3}$. e d. & est $\frac{5}{6}$, fiet corpus. a e b. ymagi narium $94\frac{2}{7}$: & quia superfities. a c b. fuit $163\frac{3}{7}$ per vige simamprimam regulam, duco in $\frac{1}{3}$. e c, & est $2\frac{1}{6}$, produ

cuntur 354 $\frac{2}{21}$ igitur detrao 94 $\frac{2}{7}$ ab his remanet corpus a d b c, 259 $\frac{17}{21}$ & ita operabens si a esset portio maior p residuum, nec tamen regula hec precisa est vt nec vigesimaprima.

28 Si vero esset cubus tunc duc longitudinem, in latitudinem, & productum in altitudinez, habebis corpus eius Exemplum sit cubus a cuius longitudo sit 6. & latitudo 6. & altitudo 6, duco 6. in se fit 36, duco in 6, fit 216. & tãtus erit cubus.

Cubus.




Et similiter si fuerit corpus æquidistantiũ supfitierũ stãs sup planũ ortogonaliter, & fuerit oblõgũ, aut nimis altum, semper pductũ ex lõgitudine, latitudine, Et profunditate, inuicẽ, erit corpus illud: velun sit corpus b vt vides lõgitudinẽ habẽs 10, latitudinẽ vt 5. altitudinẽ vt 6, duco 10. in 5. fit 50, duco 50. in 6, fit 300. & vt vniuersaliter dicã, omniũ corporũ q̃ cõstant ex omnibus lateralibus supfuiebus æquidistantiũ laterũ siue basis trigona fuerit, siue quadrata, siue circularis, siue pẽtagona, siue irregularis, siue fuerit colũna quadrata, vel rotũda semper ex ductu superfitiei basis in altitudinẽ, producitur corpus; & pro altitudine, intellige lineam venientẽ per


pendiculariter

pendiculariter a cacumine corporis ad basim.


29 In omnibus his vna regula tenet que in cubo dicta est inuenies quãtitatẽ basis, quam duces in altitudinem, ꝙ ꝓducit᷑ est corpus. Exẽplũ in seratili ꝙ constat ex dua-bus trigonis superfitiebus, & tribus quadrilateris, sit basis trigona 10. altitudo 6. duco 6, in 10. fit 60.




Corpus seratile




Colũna rotunda





Planum.



Bancum vel laterculus.

In columna rotunda o, sit basis 154. altitudo 10. duco 10. in 154. fiunt 1540.


In trabe inclinata E sit basis 24. latus 12. non ducam latus 12. in 24. sed altitudinem que sit 9. fiunt 216. & tanta est trabs.

In bancho H. sit latitudo 3. longitudo 12. duco inuicē & habeo basim 36. sit altitudo 4. duco 4. in 36. fit 144.


In corpore irregulari cuius basis habet 6. latera inæqualia sit superficies basis 48. & altitudo 5 duc 5. in 48. fiunt 240. & tantum est corpus.

30 Si vero corpora vniformiter in acutū tendāt, hoc est se

cūdū genus vt pyramis rotūda, aut triangularis, & sint vniformes multiplica tertiā partē altitudinis in basim, & ꝑductū est quātitas corporis. Exēplū sit pyramis cuius basis sit 28. altitudo 24. capio tertiā partē de 24. & est 8. multiplico 8. in 28. producuntur 224. Et tanta est magnitudo pyramidis, o, & similiter.



Planum — Pyramis Laterata Inclinata — Pyramis Laterata Recta




Pyramis Rotunda Recta	Pyramis Rotunda Inclinata

In pyramide N cuius basis e 78 $\frac{4}{7}$: & katetus 19 $\frac{91}{250}$: accipiemus tertiam partem de 19 $\frac{91}{250}$ & est 6 $\frac{341}{750}$: & multiplicabimus eam in 78 $\frac{4}{7}$: & productum erit magnitudo pyramidis que est 507 $\frac{16}{105}$ & sic de aliis.


In pyramide autem curta sciemus magnitudinem totius pyramidis, & partis deffitientis, vnde detracta parte deffitiente a tota pyramide, remanebit pyramis curta Exemplum sit pyramis curta cuius semidiameter basis sit 5. erit ergo area 78 $\frac{4}{7}$ & katetus R. 375. que est 19 $\frac{91}{250}$ cuius tertia pars est 6 $\frac{341}{750}$, duco inuicem & fiũt 507 $\frac{16}{105}$


& hec est quātitas totius pyramidis: similiter eo ꝙ diameter supioris partis ē 4. igitꝰ area erit 44. & qa katetus fuit ℞.60. que est $7\frac{140}{200}$: ducemus tertiā partez de $7\frac{140}{200}$ & est $2\frac{30}{50}$ ferme, in 44 fient $113\frac{13}{25}$, detrao $113\frac{13}{25}$ ex $507\frac{16}{105}$, remanent $393\frac{332}{525}$, & tanta ē pyramis curta.



31 Cum autem voluerimus mensurare vas vinarium, sciasqꝫ ipsuz est duplum pyramidis curte, & ideo inuenies per precedentem capacitatem medietatis, deinde duplabis eam & habebis continentiam Vasis.

Mēsuratores tū capiūt diametrum in medio vasis, & ē magnitudo basis pyramidis vtriusqꝫ curte, deinde transuerso mō, deinde multiplicant trāsuersum in se, & post modū ꝓductū in basim, & ꝙ exit semp respectu cuius





dã mẽsure certã seruat proportionẽ. Exẽplũ sit vt Vas vinarũ paruum contineat Brẽtã.i. p veraz mensurã nã hoc aliter haberi nõ potest: volo p ipsum cognoscere cõtinẽnã cuiusli bet Vasis Vinarii, cũ solo baculo mẽsurabo vas paruũ trãsuersaliter vt vides, & sit 7. vlnarũ, mẽsurabo itidem in medio & sit 6. vlnarũ, multiplico 7. in se facit 49. deinde multiplico 6. in 49. & fatiũt 294. dico igit̃ q̃ omnis multiplicatio ꝓueniẽs isto mõ tot brẽtas demonstrabit quotiẽs numerus ꝓueniẽs cõtinebit 294. Exẽplũ in vase maiori sit linea trãsuersalis 10. & directa 9. duco 10. in se fit 100. duco 9. in 100. fit 900. diuido p 294. exeunt 3. $\frac{2}{49}$: & ita cõtinebit brẽtas 3. & bocalia 4. fere. mesuratores tñ q̃a Idiote sunt nõ multiplicãt hoc mõ, & ideo magnos cõmitũt errores, verũ modus quẽ tecimus ẽ precisus leuis & valde. pulcher. Alius modus talis ẽ accipe altitudinẽ in medio & in extremitate & iunge simul & dimidiũ agregati erit altitudo vera deinde quere longitudinẽ a foramine medio ad extremũ deinde quadra altitudinẽ & ꝓductũ multiplica in longitudinẽ & hoc ꝓductũ tot cõtinebit brẽtas quotiẽs numerus hic cõtinebit numerũ ꝓductũ vasis vnius brente veluti sit e f. 4 e h. 4. f g. 2. iungo e h & f g fiunt 6. capio dimidiũ q̃ ẽ 3. multiplico 3. in se fit 9. multiplico 9. in 4. fit 36. & hic est numerus vnius brente ponamus modo quod a d sit 9. b c. 5. iũge fiunt 14. diuide 14. exit 7. duco 7. in se fit 49.

ponamus autem quod a b sit 6. duco 6. in 49. fiunt 294. diuido 294. per 36. qui est numerus vnius brente exeūt 8 $\frac{1}{6}$ & tot brentas continebit.

32 Pro corporibus āt regularibus duces tertiā partē kateti in ambitū eius, inuentū p p̄cedentia, & q̄ p̄ducit̄ ē corpus. Exemplum katetus duodecedri est 3974. posita diametro 10000. igitur posita diametro ℞. 700. erit 10 $\frac{51}{100}$. cuius tertia pars est 3 $\frac{17}{100}$ quam duco in ambitum duodecedri qui fuit 1840. & fiet corpus duodecedri 5832 $\frac{4}{5}$. Et ita in alus.

33 Pro corporibus irregularibus fac vas cubū ligneū capiens corpus illud pfecte, deinde pone in eo corpus & cōtege ipsum aqua donec vndequaq; tegat̄, & signabis locū ad quē aqua attingit, post modū extrae corpus & signabis locū ad quem aqua decreuit, deinde multiplicabis differentiam primi loci a secundo in basim vasis, & quod producitur est quātitas corporis.

34 Pro cognitione lapidū q̄ requirunt̄ in ædifitio sic faties, mutiplica lōgitudinem muri in latitudinem, deinde p̄ductum in altitudinē, & productū serua: deinde cape vnū ex lapidibus, & mēsura longitudinē latitudinē & p̄funditatē, & duc vnā per aliā, deinde diuide primum productum per secundum, quod exit est numerus lapidum. Exemplum sit murus 40. brachiorum longitudinis, & 16. altitudinis, & 1 $\frac{1}{4}$ latitudinis, multiplica 16. in 40. fit 640. multiplica 640. per 1 $\frac{1}{4}$ fit 800. sit autem laterculi longitudo $\frac{2}{3}$ brachii. latitudo $\frac{1}{4}$, altitudo $\frac{1}{6}$, multiplico $\frac{2}{3}$ in $\frac{1}{4}$ fit $\frac{1}{6}$, multiplico $\frac{1}{6}$ p̄ductum in $\frac{1}{6}$ quod est altitudo, fit $\frac{1}{36}$, diuido 800. per $\frac{1}{36}$ exeunt 28800, & tot lapides requiruntur.

40. 16. 1 $\frac{1}{4}$
640
800

$\frac{2}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{6}$
$\frac{1}{6}$ $\frac{1}{36}$
800
$\frac{1}{36}$
28800

❡ Caput 65. de ponderibus.

N presenti capitulo demonstrabo tria primum rationē statere secundo ordinem pōderum existentium in vsu tertio ponderū & mensurarum antiquarum rationem,

1 Quantū ad primū formabo staterā cū suis nominib⁹ ꝓ exēplo vt vides: & scias ꝙ totū hoc negotiū cōstat ex duab⁹ regulis, quarū prima ē ꝙ secluso retinaculo, & pirali, talis ē ꝓportio manubrii sublato duplo residui ad duplū residui q̄lis ē pōderis annexi ad



extremū residui ꝑ ꝙ maneret manubrium in æquilibri, ad ipsum manubriū. Exēplū sit manubriū a o pōderis librarū 12. & nō ad sit pirale, nec retinaculū, & ponat̃ primo suspēsoriū in c vt vides, erit igit̃ residuū 2. dupla fit 4. aufer a 12. remanet 8, dico igit̃ q̄m ꝓportio 8, ad 4, ē dupla, ꝙ si apponeret̃ duplū totius manubrii idest libre 24, tūc manubriū remaneret in æquilibri, Et similiter si suspēsoriū poneret̃ in pūcto b, tūc residuū esset. 1. igit̃ duplū residui esset, 2. detrao 2. a 12. remanēt 10, ꝓportio 10. ad 2. ē quintupla igit̃ requirerent̃ libre 60. ad hoc ꝙ manubriū staret in æquilibri: tertio ponat̃ suspēsoriū in d, dico tunc ꝙ residuū versus dextrā erit 3. quare duplū erit. 6. subtrae 6. a. 12. remanent 6, igit̃ cū proportio 6, ad 6. fit æqualitatis

regrent libre 12. ad hoc vt manubriũ stet in æquilibri.

2 Ex hac regula sequit qꝫ si apponat retinaculũ in puncto b, & suspẽsoriũ in pũcto c. tũc nõ cõsiderabis ꝓ residuo nisi b c, & nõ totũ a c, qa põdus ẽ suspẽdendũ in directo b, & nõ a, minuemus tñ põdus b a, hoc modo, vt capiamus c b ꝓ residuo, & ẽ 1, dupla fit 2, subtrae ex b o remanẽt. 9, igit ꝓportio 9. ad 2. ẽ quadrupla sexqalte ra, igit requirent libre 4. vncie 1 ½: nã ꝓ nunc supponimus baculũ tantũ b o. nõ cõsiderãdo longitudinem ab vltimo: aufero põdus a b & ẽ vntia vna, igit libre 4. & vntia ½ æquabunt manubriũ, suspense in retinaculo, cõputando tamen in hoc pondus retinaculi.

3 Et scias qꝫ retinaculũ debet cõputari ꝓ suo põdere, post q̃ cõputaueris ꝓportionẽ loci, & in hoc lõgitudo eius nec breuitas nihil facit ad alleuiãdũ aut agrauandum pondus qꝫ appendit, nisi in quãtũ materia retinaculi lõgioris ẽ maior, breuioris minor, vnde si fierẽt ex re leui & nõ ex ferro, paruã aut nullã facerent in ponderando variationẽ, & hoc bene nota quia plures decipiuntur.

4 Ex qbus colligit alia regula: qꝫ pondus qꝫ appendit in fine retinaculi, ẽ ac si appẽderet in cõtactu manubrii, nisi in quantũ retinaculum agrauat ex materia sua ex qua constat, & non sui longitudine.

Scd'a regula principalis ẽ pirale q̃to magis remouet a loco suspẽsorii, eo magis grauius reddit, & grauitas illa eã seruat ꝓportionẽ, q̃ remotio ad remotionẽ. Exẽplum si pirale in d. eleuet lib. 20, & in e 25, eleuabit in f 30, & in g 35, & in h 40, & ita æq̃li spatio æquale aquirit augumẽtũ & hoc stãre manubrii æq̃litate: & hoc p experientiã pfectã didici. primũ aũt spatiũ puta c d cõiter non ẽ æquale ceteris, qm̃ in eo colligit prima summa librarũ: ex hoc colligit qꝫ dixit pellacanus esse verũ: muscã posse ꝑponderare toti ellemento terre, si poneret in fine ma

nubrii lõgissimi, verũ cũ he sint fabulose ymaginatio-
nes, nõ conferũt sed ridiculam attem potius reddunt.
5 Ex hac colligit͛ regula ꝙ scita ꝓportione manubrii, &
aditamẽto retinaculi, & põdere piralis, sciemus pondus
manubrii aut scito põdere manubrii, & ꝓportiõe, & põ
dere piralis sciem⁹ retinaculorũ põdus, & simil͛r cogni
to põdere manubrii, piralis, & retinaculi, sciem⁹ data ꝓ
portione describere loca librarum & vntiarũ: nihilomi
nus, fabri faciunt eas stateras cum experimento pon
deri propter materie diuersitatem.
6 Pro secũdo nota ꝙ 4. grana ordei fatiunt kirat vnũ, &
6 kirat fatiũt denariũ siue scrupulum, & tres denarii vel
scrupuli faciũt dragmã, & 8. dragme faciunt vntiã, vera
igit͛ vntia & si locis diuersis varia sit ẽ tñ ponderis gra-
norũ ordei 576. vntie 12. fatiũt librã, assumpserunt autẽ
numerũ 12. in talibus tanquã oportuniorẽ ꝓpter multi
tudinẽ partiũ, nã 12. habet dimidiũ, tertiã, & quartã, &
sextam partem quod nullus numerus habet vſq; ad 24
Et post 25. libre fatiunt pondus. 28. autem pondera di-
cuntur onus, nam à 28. ponderibus ad 32. comuniter
muli ferunt per longa itinera.
7 Et similiter quatuor grana ordei iuxta posita fatiũt digi
tũ, & quattuor digiti faciunt palmũ, & quattuor palmi
fatiũt pedẽ, & quinq; pedes passum fatiunt, & 125. pas-
sus faciũt stadiũ, & 8. stadia fatiũr miliare italicũ: igitur
miliare cõtinet latitudinẽ 1280000. granorum ordei: &
p miliare ꝙ italicũ ẽ cognoscunt͛ leuce germanorũ, &
gallorũ & aliarũ gẽtiũ: q̃ sunt comparande ad ipsum,
quarũ esset longa narratio. Pro his autẽ facti sunt ver-
sus hi: Ex granis digitus quattuor formabitur vnus:
Et quater in palmo digitus, quater in pede palmus.
Quinq; pedes passum fatiunt, passus quoq; centum.
Viginti quinq; stadium dant, sed miliare

Octo dabunt stadia: at duplicatum dat tibi leucam.

8 Pro tertio nota quod antiqui integrū assem appellaue-re, siue esset pondus, siue aliud integrum, & plerūq; capiebāt in genere peccuniarum aut per ipsum libram intelligebāt & ideo assem diuidebāt in partes 12. & vnicuiq; proprium imposuerūt nomen veluti vides scriptum.

As	deunx	dextans	dodrans	bisse	septunx	semis
12	11	10	9	8	7	6
	Vntie	vntie	vntie	vntie	vntie	vntie

quincunx	triens	quadranx	sextans	Vntia.
5	4	3	2	1
Vntie	vntie	vntie	vntie	vntia

Ex hoc patet sensus antiquorum quo maxime vtebantur iuris ciuilis latores vt in Codice, & Digestis, apparet Iustiniani.

9 Fuerūt aūt principia in ponderibus as, in mensuris geometricis pes: in humidorū & siccorū mēsuris sextariū, huius pōdus erat 15. vntiarū, siue in siccis siue, humidis ita igit' ad Vntias relate mēsure describent', quas etiā ex auctoribus Galeno, aetio, Paulo, & ceteris facile est intelligere, hoc cognito quod sextarium 15. habet Vntias, nam relique mensure ad eum referuntur.

chenix	sextarium	emina	cotila
vntie 60	vntie 15	vntie $7\frac{1}{2}$	vntie 9
chenix attica	libra	congius	modius
vntie 27	vntie 12	vntie 90	vntie 240
medimū latinū	medimum siculum		medimū aticū
vntie 1440	vntie 1200		vntie 1296
vrna	amphora vel quadrantal		culeus
vnt. 360	vntie 720		vntie 14400
amphora greca			
vntie 540.			

Porro vntie 15. ex italis, 18. sunt ex grecis: vnde ille le-

niores cum sint in sextario 18. continebuntur, continet autem vntia fractiones has.

semiuncia	duella	sicilicus	sexcula	dragma
$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{8}$
semissecla	tremissis	scrupulus	obulus	
$\frac{1}{12}$	$\frac{1}{18}$	$\frac{1}{24}$	$\frac{1}{48}$	
bissiliqua	ceraces	siliqua	chalchus	
$\frac{1}{72}$	$\frac{1}{96}$	$\frac{1}{144}$	$\frac{1}{192}$	

Ciatus continet vntias 2, oxibaphus autem vntias 2 $\frac{1}{4}$, quartarius vntias 3 $\frac{3}{4}$, accetabulum vntias 1 $\frac{7}{8}$, denarius est vntie $\frac{1}{7}$.

10 Hec ex ponderibus mensurarum quod si magnitudinem intelligere desideras hoc modo habent.


Sextariũ cõtinet Vntias 20. emina 10, quartarius 5, acetabulũ 2 $\frac{1}{2}$, ciatus 1 $\frac{2}{3}$ fere, chenix 80, cõgius 120, modus 320, vtna 480, amphora 960, culeus 19200. & sunt libre 1600. hec tñ docte & copiose pertractant. budeus. portius, agricola. Alciatus, & alii viri clarissimi sed ita dissidentes vt nec ipsismet satis concordent more quodam temporum nostrorum optima ingenia potius in iacturam quam vtiliratem humani generis vertente nam ex vetustate collapsis integris rationibus, equiuocatione etiam verborum diuersa sentientes, in immensas ambages peruenerunt a quibus nec ipsi, nedum Lectores explicare se valeant, quamobrem magis laudandus in hoc erit Alciatus, quod sub compendio rem collegit ne plura perirent.

11 Iugeris autem antiqui mensura fuit pedum 120. in latitudine, & 240. in longitudine, vnde in superfitie continebit pedes 28800.

Pedis longitudo vnius vt collectũ est ex antiquis exemplis est talis, vt hic medietas describatur ob libelli angustiam, diuidebatur autem totus pes in Vntias 12, & in

digitos 16. igitur quãtum iugeris spatiũ hoc semipedem in longitudine 480 in latitudine 240. repetito, antiquo tempore contineret, facile est comprendere.

12 His igit᷑ visis prestat videre quomodo paucissimis ponderibus, plurime libre possint põderari, cõstat, aũt proportione tripla ab vno sumẽdo exordiũ. Exẽplum volo pondera ꝑ libris 100. cape põdus libre vnius, & 3, & 9. & 27. habes igit᷑ põdera 4. quorum summa ẽ libre 40, a 40. autẽ ad 100. sunt 60. libre, fabies igitur quintũ põdus librarũ 60. & ita cũ 5. põderibus ponderabis oẽs libras ab 1. vsqꝫ ad 100. & ita si vellẽ vsqꝫ ad 300. suffitiunt põdera 6. primũ 1. secũdũ 3. tertiũ 9, quartũ 27. quintũ 81. sextũ põt poni quomodolibet dũmodo nõ sit minus 179. libris q̃ sunt residue, nec maius de 243, ꝙ ẽ triplũ 81. librarũ: si igitur vellẽ ponderare libras 200. & habeã ducta 6. põdera 1.3.9.27.81. 243. ponã 243.27.9.3. ex vna parte, ex alia põdus ꝙ vis esse librarũ 200, & 81. & 1, erũt igit᷑ põdera hec libre 82. & illa 4. põdera faciunt 282. igit᷑ remanent 200. semp igitur attẽdẽda est in hoc tripla proportio. & ex hoc sequtur ꝙ cũ 10. põderibus potero põderare a libra ad librã vsqꝫ ad 29524. Exẽplum vsqꝫ ad 10. vides Infra .1.3.9.27.81.243.729.2187.6561.



19683. Et similiter in vntiis capies 1.3.8.& cum ististribus pōderabis vsq; ad librā. Exēplū si vis 1. habes eā. si vis 2 pone 3. ab vna parte. & 1. ex alia. si vis 3. habes eā. si vis 4. pone 3. & 1. ab vna parte. si vis 5. pone 8. ex vna parte & 3. ex alia. si vis 6. pone 8. & 1. ex vna parte, & 3. ex alia si vis 7. pone ab vna parte 8. & 1. ex alia. si vis 8. habes si vis 9. pone 8. & 1. ex vna parte si. 10. pone 8. & 3. ex vna parte, & 1. ex alia. si vis 11. pone 8. & 3. ex vna parte. si vis 12. pone omnes, videlicet 8.3.1. ex vna parte: & ita de decē pōderibus librarū supradictis vt pstitias omnē numerū ab 1. vsq; ad 29524. verūtamē oportet eē exercitatum aliqualiter in hoc & est res satis pulchra.

Caput 66. de questionibus arithmeticis super capitula precedentia.

1 IVnge tot $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ quod fatiant $\frac{7}{8}$, aut $\frac{19}{8}$, casus ē impossibilis qa 19. & 7. numeratores sunt numeri primi, vnde $\frac{7}{8}$ & $\frac{19}{8}$ non possunt schissari cum igitur 8. sit maior de 2. & 3. & 4. ideo casus est impossibilis.
Iunge tot $\frac{1}{5}$ $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{7}$ quod fatiāt $\frac{2}{3}$ casus ē etiam impossibilis. quia denominatores qui sunt 5. & 7. sunt primi ad 3. igitur cū 5. & 7. sint duo numeri oportet vt fractio agregāda excedat 2. sed $\frac{2}{3}$ est minor igit' q̄stio ē impossibilis
Iunge tot $\frac{1}{5}$ $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{7}$ quod fatiant $\frac{22}{7}$. questio est possibilis qa 6. & 5. sunt primi ad 7. & $\frac{22}{7}$ sunt plusquam duo auferes igitur 2. ex $\frac{22}{7}$ remanent $\frac{5}{7}$ & $\frac{5}{5}$ & $\frac{6}{6}$.
Iunge tot $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{5}$ quod fatiant $\frac{15}{4}$. eadem ratione questio est possibilis, & sunt aliqui in arte magni qui his friuolis faciliter implicantur.
2 Insere tot $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ quod fatiant $\frac{7}{8}$, multiplica 2.3.4. inuicē fatiunt 24. diuide 24. per 8. exit 3. multiplica 3. in 7. fit 21. diuide 21. per 4. exit 5. & supersunt 1. quē superpone

ad 4. fit $\frac{3}{4}$, diuide postmodū 5. p 3. exit 1. & superſunt 2. ſuperpone ad 3. fit $\frac{2}{3}$, vltimo 1. ꝙ exiuit ſuppone ad 2. fit $\frac{1}{2}$, & hic ē cōplemētū erūt igitur $\frac{1}{2}\ \frac{2}{3}\ \frac{3}{4}$ inſita ſatientia $\frac{7}{8}$. ſi autem diuiſio illa eſſe non poſſit tunc queſtio eſt impoſſibilis.

2. 3. 4. $\frac{21}{24}$. $\frac{7}{8}$
$\frac{1}{2}$ $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$

3 Cape $\frac{3}{5}$ de $\frac{4}{7}$ nō eſt aliud quam multiplicare, fiūt igit̃ $\frac{12}{35}$ capere. n. partem in fractis idem eſt ꝙ multiplicare, eſt igitur ſenſus quod $\frac{12}{35}$ ſunt $\frac{3}{5}$ de $\frac{4}{7}$, ideſt quod diuidere $\frac{4}{7}$ in partes quinq; & capere tres ex eis ille erunt $\frac{12}{35}$.

4 Reduces ad partē $\frac{12}{35}$ in $\frac{4}{7}$, nō ē aliud reducere ad partē quā inuenire que pars ſit $\frac{12}{35}$ de $\frac{4}{7}$, hoc aūt fit diuidendo $\frac{12}{35}$ per $\frac{4}{7}$, & exit $\frac{84}{140}$, & ſunt $\frac{3}{5}$, dicemus igitur ꝙ $\frac{12}{35}$ ſunt $\frac{3}{5}$ de $\frac{4}{7}$, in reducēdo igit̃ ad partē ē cōtrariū ꝙ fit in capiēdo partē, & diuidit̃ reducēdꝰ p fractionē ad quā volumus reducere, veluti diuido $\frac{12}{35}$ p $\frac{4}{7}$ & diuerſitas horum duorum a multiplicatione & diuiſiōe eſt in nomine, & in reductione etiam in permutatione diuiſoris cū diuidēdo: nā ſi dico diuide $\frac{4}{7}$ p $\frac{12}{35}$ exit 1 $\frac{2}{3}$ & ſi dico reduces $\frac{12}{35}$ ad partē in $\frac{4}{7}$, exit vt dixi $\frac{3}{5}$ vnde patet diuerſitas.

5 Diuide 60. per duos numeros differētes in 2 & prodentia differāt in 2 $\frac{1}{2}$. capio igit̃ vnū diuiſorē 1 co. igit̃ alius erit 1 co. p̃. 2. diuide 60. p 1 co. & p 1 co. p̃. 2. exeūt $\frac{60}{1\ co.}$ & $\frac{60}{1\ co\ piu\ 2}$ detrae minorē a maiore p capitulū decimūquartū remanēt $\frac{120}{2\ co\ p̃iu.\ 1\ ce.}$ æqualia 2 $\frac{1}{2}$, multiplicando igit̃ omnia p 2 co. p̃. 1 ce. fient 120. æqualia 5 co p̃. 2 $\frac{1}{2}$ ce. igit̃ 1 ce. p̃. 2 co. æquat̃ 48. quare res valet ℞. 49. m̃. 1. & eſt 6. & alia pars eſt 2. p̃. videlicet ℞. 49. p̃. 1. quod eſt 8. diuiſo igitur 60. per 6. & 8. fient exeuntia 10. & 7 $\frac{1}{2}$ quorum differentia eſt 2 $\frac{1}{2}$.

6 Homo accepit vxorē & alternis annis ſuſcepit maſculū & feminā, & ſupuixit annis 300. & filii eius eodē modo generauerūt maſculi tamen non ante 50. annos ſed poſt ſingulis annis & ita nepotes. & pronepotes, querit̃

in 300 annis quot generabītur diuide 300. fit 150. diuide 50. fit 25. igit᷑ in annis 50. erūt paria 26 & in 50. annis sequētibus erit ꝓgressio cuiꝰ terminus maior erit 26. minor 2. igit᷑ p capitulū 27. erit agregatū 350. paria & in totū paria 376. vnde fiet progressio æq̄liter augēs cuius minimꝰ terminus erit 28. terminus secūdus 31. maximus 376. igit᷑ in 50. aliis annis fiet p capitulū 27. paria 3900, at in aliis 50. annis fiet ꝓgressio composita ex duabus æqualiter augentibus; igit᷑ erit p capitulū 27. summa 41250. & in aliis 50. annis erit ꝓgressio similiter cōposita ex æqualiter augētibus cuius summa erit 444380: at in vltimis 50. annis cū stationis principiū sit vltimus terminus cū additione primi, cui si addat᷑ primus alterius stationis fit secūdus terminus stationis secūde: erūt igit᷑ vltime stationis paria 4869830. iunge omnia fiet 5359736: igit᷑ in annis 300. erunt omnes masculi & femine duplādo paria. 5359736. capita 10719472.

300	50	
150	25	50
	1	
	26	
	13 ½	
	351	50
	1	
	350	

Patet igitur ꝙ in annis 400. mūdus repleretur ab vno masculo & vna fœmina gignētibus singulo anno masculū vel feminā in tantum ꝙ essemus sicut formice & hoc pro noe Abraam & Adam de qbus Biblia & Beatus Augustinus dixerūt generationes admirabiles hāc non intelligenti questionem.

7 Duo ambulabāt primus miliaria 10. singulo die, secūdꝰ quātitatē miliariorū in prima die, & in secūda ⅓ p̄. & in tertia die ⅕ p̄. quā in secūda, & in quarta die ⅓ p̄. quā in tertia die, & in quinta die ⅕ p̄. & ita alternādo p sexqtertiā & sexquiqntā ꝓportionē & in 19. diebus attigerunt se in vltimo fine 19. diei, querit᷑ quantū ambulauit secū-

dus in

dus in prima die & similiter in vltima.
Dices igitur cum primus in 19. diebus peragat 190. miliaria igitur secundus. In 19. diebus cum coniungatur primo ex egit miliaria 190. capio proportiones $\frac{4}{3}$ & $\frac{6}{5}$ in tribus terminis & sunt 15. 20. 24. detrao 15. a 24. remanent 9. igitur per vigesimamquintam regulam 27. Capituli ent proportio agregati miliariorum quos perambulat secundus dempto primo termino ad maiorē terminum dempto minore, est veluti 44. ad 9. pone igitur minorem terminum 1 co, cum igitur agregatū sit 190, erit 190. m̄. 1 co. ad terminū maiorē siue spatiū ꝙ pertrāsit in decimanona die m̄. 1 co, veluti 44. ad 9. igitur p regulā 3. multiplica 190. m̄. 1 co. in 9. fiūt 1710. m̄. 9 co. diuide p 44. exit $38\frac{10}{22}$ m̄. $\frac{9}{44}$ co. & qa hic ē maior terminus dēpto minore q̄ fuit 1 co. ex dicta regula igitur addito minore termino iterū fiet maior terminus, erit igit̄ terminus maior $38\frac{10}{22}$ p̄. $\frac{35}{44}$ co. proportio añt $\frac{4}{3}$ & $\frac{6}{5}$ componūt proportionem $\frac{8}{5}$ ex capitulo 37. via multiplicationis, hāc duc in se fit $\frac{64}{25}$ pro cēsu: multiplica in se fit $\frac{4096}{625}$ p censu cēsus: quadra ērce. ce. fit $\frac{16777216}{390625}$ & ē in 16. ꝓportionibus & 17 terminis: duco in $\frac{8}{5}$ pro complemēto fit $\frac{134217728}{1953125}$ diuido terminū maiorē p hāc proportionem exit $\frac{75905539}{134217728} | \frac{17}{22}$ p̄. $\frac{68359375}{5905550032}$ co. igitur residuum ꝙ ē $\frac{5537220657}{5905550032}$ co. æquale est illi fractioni numerorū: reducto ad vnā fractionē fiunt $\frac{1669921875}{2952790016}$ igit̄ res ipsa idest primus terminus valet $\frac{16328125000}{25537523207}$ & tāto plus habuit terminus maior de $38\frac{10}{22}$ m̄. $\frac{9}{44}$ co. ambulauit igitur die vltima $39\frac{200126917870}{627525110534}$

8 Quidā fodiebat puteū brachiorū 34. p libris 60. cū expēsis duarū psonarū. cū autē fodisset brachia 20. infirmatus ē magister & rogauit dn̄m vt solueret ei portionē debitā. q̄ritur quantū debuit dare. Scias ꝙ expense quātū ad cōputādi rōnē nō fatiūt variationē, nā in tali

bus ꝓportionãtur labori, dic igitur progressio de 34. est 595, & de 20. est 210. dic igitur si 595. soluitur 60. libris, quot soluitur 210. multiplica 210. p 60, fiũt 12600. diuide p 595. exeunt Libre 21, solidi 3, nũmi 6 $\frac{42}{119}$. & tantum debebitur & ratio est ꝙ in fodiendo terram secundum brachium habet laborem etiam primi, & tertium etiã duorum precedentium, quare &cæ.

9 Quidã ꝓmisit vni, granũ frumẽti prima die. & secunda die grana 2. & tertia die grana 6, & quarta die grana 18, & quinta die grana 54. & ita vsqꝫ ad dies 30. multiplãdo totũ ꝙ prius habuit. queritur quot grana erunt. accipe summã aliquãquãuis vt pote 4. dierum & ẽ 27. duc eã in se fiunt 729, & tot habebit grana in diebus 7 ꝙ est in duplo 4. minus vno. deinde duc 729. summam 7. dierũ in se fiũt 531441, & hec erit sũma 13. dierũ idest dupli 7. dierũ, minus vno, & ita ꝓcedes in reliqs: cũ aũt fueris ad 25. tũc capies reliquos terminos q sunt qnqꝫ & quere augumẽtũ in terminis 6, videlicet vno plus & sunt 243, multiplica in agregatũ 25. terminorũ qui erat q̃dratũ 531441, hoc ẽ 282429536481, & ꝓductũ erit numerus 30. dierũ hic, 68630377364883. põt etiã fieri per regulã capituli 27. in qua docetur inueniri terminus maximus in proportione tripla habito numero terminorum qui est 30.

10 Dixit ædificator domino domus volo pro primo brachio muri solidos 10, ꝓ secũdo brachio solidos 20. pro tertio 40, ꝓ quarto 80, ꝓ quinto 160. qd accidit cũ ædificasset brachia 2 $\frac{1}{2}$ infirmatus est q̃ritur pretiũ: hec plurimũ differt ab octaua & est difficilior longe ea. Ratio in hac est ꝙ ex æquali augumẽto crescit proportionaliter in duplo, igitur partes etiã debent esse cõtinue proportionales sicut igitur 20. pretiũ secũdi brachii, est duplũ ad 10. pretiũ primi ita dimidiũ secundũ brachii pri-

mi ꝺꝫ hr̄e ꝺimidiū ꝓportionis ꝺuple aꝺ ꝺimidiū primū brachii primi & ita eāꝺē ꝓportionē ꝺebet habere ꝺimidiū primū brachii secūdi aꝺ ꝺimidiū secūdū brachii primi & ita ꝺe reliq̄s. ꝓportio aūt ꝺimidia ꝺuple ē illa quā habet ℞.2.ad 1.& eadē ē 2.ad ℞.2.& eadē ē ℞.8.ad 2 & eade 4,ad ℞.8.nō ē igit͛ aliud ꝺicere hoc quā facere ex vna ꝺupla ꝓportione ꝺuas ꝓportiones æquales cōponētes eā,& ita ꝺiuidere 10.& 20.& 40.in ꝺuas & ꝺuas & ꝺuas quātitates cōtinue ꝓportionales, ꝺicā igitur fac ex 60.agregato ex 40.& 20.quattuor, quantitates cōtinue ꝓportionales quarū prime ꝺue faciāt 20. nam relique ꝺue necessario faciūt 40.nā oēs supponunt͛ facere 60,tunc tu scis ꝑ ꝺicta in capitulo regule.3. ꝙ cum fuerint 4.quātitates cōtinue vel incōtinue ꝓportionales semꝑ ex cōiuncta ꝓportionalitate & ꝑmutata, erit prima talis pars tertie & secūda quarte.qualis erit agregati prime & secūde pars agregati tertie & quarte:sed agregatū ꝓrime & secūde ē 20.ex suppoſito, & agregatū tertie & quarte ē 40.ex suppoſito,& ita primū agregatū est ꝺimidiū secūdi,igit͛ prima quātitas erit ꝺimidium tertie & secūda quarte,ponamus igit͛ ꝙ prima quātitas sit 1 co.erit secūda 20.m̄.1 co.& tertia ꝺuplum prime videlicet 2 co.& quarta ꝺuplū secūde videlicet 40.m̄.2 co.& q͛ sunt cōtinue ꝓportionales ex suppoſito igit͛ ꝺucta prima in tertiā fiet quadratū secunde,ꝺuco 1 co.in 2 co.fit 2 ce. multiplica 20.m̄.1 co.in se fit 400.p̄.1 ce.m̄. 40 co æqua partes fiēt 400.æqualia 1 ce. p̄.40 co. igitur per capitulū res valet ℞.800.m̄.20.& tātū habuit prima pars, & secūda habebit 40.m̄.℞.800.& tertia ℞. 3200.m̄.40.& quarta 80.m̄.℞.3200, cum

1 co.
20.m̄.1 co.
2 co.
40.m̄.2 co.

℞.800.m̄.20.
40.m̄.℞.800.
℞.3200.m̄.40.
80.m̄.℞.3200

igit̃ ꝑ primo brachio debeant̃ 10. ꝑ secũdo 20. ꝑ tertio 40 igitur ꝑ dimidio debebit̃ tertia pars ꝓportionalis q̃ est R.3200.m̃.40, iunge simul fiunt R.3200.m̃.10.& est fere 46 $\frac{71}{125}$. Et ita considera q̄ si primo brachio debent̃ 10,& secundo 20.& tertio 40. igitur ꝑtime medietati primi brachii debent̃ 4 $\frac{71}{500}$. & ita de aliis vt in Figura.

1	10
1	20
$\frac{1}{2}$	R.3200.m̃.40.
	R.3200.m̃.10.
$\frac{1}{2}$	4. $\frac{71}{500}$
1.	10. $\frac{1}{500}$
2	30.
2 $\frac{1}{2}$	46. $\frac{71}{125}$
3	170.

Et hec ratio assimilatur intendentibus balistas nam ex æquali augumẽto duplicatur difficultas ita vt vltimus digitus maiorẽ exposcat laborẽ omnibus p̃cedẽtibus. Et hoc etiã mõ res humane se habent & virtutũ apices

11 Canis sequebat̃ leporẽ: lepus aũt antecedebat canem, passibus 60. canis,& ꝑ omnibus 3. passibus canis, lepus fatiebat 5. passus, tardãs $\frac{1}{20}$ tpis ad cõplemẽtũ, ita q̄ gratia exẽpli si canis fatiebat passus 3. in 20. momẽtis, lepus fatiebat passus 5. ex suis, in 21. momẽtis: & 3. passus canis exceduntur a 7. passibus leporis in $\frac{1}{20}$ passus canis: q̃ritur quãdo canis attinget leporẽ hoc ẽ in quãto spatio: similẽ ponit Frater Lucas sed lõge faciliorem,& tñ falsam,& nessitictẽ, vnde mirari cõtingit de homine illo: Igit̃ primo reduces omnia ad vnũ genus videlicet passus canis & spatiũ distãtie ad passus leporis si igitur 7. passus leporis excedũt 3. passus canis in $\frac{1}{20}$ passus canis, igitur 3 $\frac{1}{20}$ passus canis sunt 7. passus leporis si igitur 3 $\frac{1}{20}$ sunt 7. qd erunt 60. passus canis distãtie,& erũt passus leporis 137 $\frac{43}{61}$.& qa in qbuslibet 3. passibus canis lepus facit passus 5. deficiens p $\frac{1}{20}$ tẽporis ad suplemẽtum dic igitur si 21. tempus dat 5. qd dabit 20. duc 20. in 5. fit 100, diuide p 21. exi. 4 $\frac{16}{21}$ igitur dices q̄ in omnibus 3. passibus canis lepus facit passus 4 $\frac{16}{21}$ & qa passus 3 $\frac{1}{20}$

canis sunt 7. leporis, igitur passus 3. canis erũt passus leporis $6\frac{54}{61}$ cũ igitur in tẽpore in quo canis facit passus 3. ex suis & sunt $6\frac{54}{61}$ leporis lepus faciat tm̃ $4\frac{15}{21}$, igitur in omnibus $4\frac{15}{21}$ passibus canis apropinquat ei p $2\frac{155}{1281}$. dic igit̃ si $2\frac{155}{1281}$ ꝓducit̃ ex $4\frac{15}{21}$ ex qbus ꝓducẽtur passus $137\frac{43}{61}$ multiplica $137\frac{43}{61}$ in $4\frac{15}{21}$ fiunt $\frac{840000}{1281}$ quos diuide per $\frac{2720}{1281}$ & est ac si diuideres 840000. per 2720. nã sunt fractiões eiusdem denomina toris, qui est 1281. exibunt igitur passus leporis $308\frac{14}{17}$. & in tot iungentur.

12 Duo discedebãt Mediolano quorũ primus ibat versus Romã miliaria 20. perficiẽs singulo die, alter prima die ibat 5. miliaribus secunda die 8, tertia die 11. & ita ascendẽdo p 3, q̃ritur qñ iũgẽtur pone ꝙ in 1 co. dierũ, igitur primus faciet 20 co. miliariorũ, secũdus p secundam regulã 27. capituli, dẽpto 1 a numero terminorũ remanet 1 co. m̃. 1, multiplica in differẽtiã fit 3 co. m̃. 3. adde minorẽ terminũ q est 5. fit 3 co. p̃. 2. maior terminus, tunc per vndecimam regulã eiusdẽ capituli adde primũ terminum vltimo fit 3 co. p̃. 7. multiplica per dimidium terminorum fit $1\frac{1}{2}$ ce. p̃. $3\frac{1}{2}$ co. æquatia 20 co. igitur $1\frac{1}{2}$ ce. æquatur $16\frac{1}{2}$ co. quare 1 ce. aequatur 11 co. igitur res valet 11. & in tot diebus iungentur.

13 Duo sotii erãt quorũ alter erat Rome & veniebat Mediolanũ prima die fatiẽs miliarie 1. secunda 2. tertia 4. quarta 8. & ita duplãdo: alter sotius erat Mediolani & ibat Romã prima die ibat miliaria 3. secũda 4. tertia 6. quarta 9. qnta 13. & ita augẽdo miliare vnũ in ꝓgressione: & fuerunt a Roma Mediolanũ miliaria 330. q̃ritur qñ iũgẽtur. in talibus vbi ingreditur ꝓgressio Geometrica sine cognitione numeri terminorũ cogeris inuenire dies integros. ponamus igit̃ ꝙ in diebus 8. eritq; ꝙ primus p vigesimãtertiã regulã pambulauerit miliaria

255.eo q̄ ꝑgressio ē primi modi.secūdus autē miliaria 147.eo q̄ ꝑgressio ē 12.modi.iunge fiunt miliaria 402 igit̄ ptransierūt,q̄ro in 7.diebus quātū pambulauerūt eritq̄ vt primus pambulauerit 127. miliaria secundus 108.iunge fiūt 235.differentia a 330.est 95. & ab octaua die 167.igit̄ si in vna die pambulāt miliaria 167. in quā to tēpore ambulabunt miliaria 95.superpone 95.ad 137 & fiet $\frac{95}{137}$ vnius diei,igitur in diebus 7 $\frac{95}{137}$ iungentur. Vnde nota quod in concursibus debent iungi itinera, & in progressionibus Geometricis in quibus termini sunt ignoti,debent queri termini integri, Frater autē Luca stalia frustra soluit per la co,

14 Due aues erant sup eadem arbore & vna cepit volare versus Orientē prima die p 1.miliare,secūda die 2. tertia die 3.quarta die 4.& sic cōtinue.altera versus Occidentē p eandē lineā die prima miliare 1.die secūda miliaria 8.die tertia miliaria 27. & ita p cubos & fuit circuitus terre vt creditū ē a multis miliariorū 44310.q̄rit̄ In quot diebus iūgent̄ ille aues pone q̄ in 1 co.dierum igit̄ p capitulū 27.primus ambulauit $\frac{1}{2}$ ce.p̄.$\frac{1}{2}$ co.miliariorū,p idē capitulū in fine de cubis secūdus ambulauit $\frac{1}{4}$ ce.ce.p̄.$\frac{1}{2}$ cu.p̄.$\frac{1}{4}$ ce.iūge simul amborū ꝑgressum fiet $\frac{1}{4}$ ce.ce.p̄.$\frac{1}{2}$ cu.p̄.$\frac{3}{4}$ ce.p̄.$\frac{1}{2}$ co. æqualia 44310.igitur quadruplū quadruplo erūt igit̄ 1 ce.ce.p̄.2.cu.p̄.3 ce.p̄.2.co.æqualia 177240.miliaribus.adde 1. de cōmuni fiet miliaria 177241.æqualia 1 ce.ce.p̄.2.cu.p̄.3 ce.p̄.2 co.p̄.1.capias radicē vtriusq̄ erit radix miliariorū 421. & ℞.denominationū 1 ce.p̄.1 co.p̄.1.detrae.1. cōmuniter q̄ addidisti fient 1 ce.p̄.1 co.æqualia 420.igit̄ dimidia 1 co.fit $\frac{1}{2}$ multiplica in se fit $\frac{1}{4}$ adde ad 420.fit 420 $\frac{1}{4}$ cuius ℞.ē 20.a.qua aufferre $\frac{1}{2}$ quod fuit mediū radicū remanet valor rei 20 $\frac{1}{2}$ precise.& in tot diebus iungētur proba & inuenies quod prima volauit per miliaria

210.& secunda 44100.que iuncta sunt 44310.

Animaduerte q̄ Frater Lucas facit similē sed semp remanet in surdis exēplū ponamus q̄ 177241.non haberet radicē.tūc diceres q̄ 1 ce.p̄.1 co.p̄.1.essent æqualia ℞.177241.quare fieret 1 ce.p̄.1 co.æqualia ℞.177241.m̄.1.dimidia 1 co.& multiplica fit $\frac{1}{4}$ adde ad ℞.177241.m̄.1.fiūt ℞.V.177241.m̄.1.L.p̄.$\frac{1}{4}$ a qua detrae $\frac{1}{2}$ p dimidio radicū fiet valor rei ℞℞.V.177241.m̄.1.L.p̄.$\frac{1}{4}$m̄.$\frac{1}{2}$.& est sensus cape Radicem 177241.m̄.1, cui adde $\frac{1}{4}$ & eius cape ℞.a qua detrae $\frac{1}{2}$.& hic erit valor rei. ex quo patet error maximus Fratris Luce q̄ detrait $\frac{1}{4}$ a m̄.1.& facit m̄.$\frac{3}{4}$ q̄ ē falsissimū.Quodq̄ plus est vigesimaseptima regula nō intelligit nec alie vbi terminorum numerus nō euadit integer q̄a si dicas cu.4 $\frac{3}{8}$ secundū regulā facerēt 174 $\frac{27}{64}$ & tū sunt 183 $\frac{1}{3}$ vt patet p se nisi q̄s vellet pcedere p modū q̄stionis decime,& iō non intellexit q̄stionē ex quo credendū est paucas aut nullas difficiliū q̄stionū esse eius pprias,sed sine intellectu trāscriptas,& si vere sunt potius fortuna quā aliter. hoc volui dixisse pp tria primo ne credas illius q̄stionibus arduis q̄m plereq̄ ex his sunt false,secundo vt intelligas q̄ qū ce.& co.æquātur ℞.numeri p se aut cū numero addito p p̄.aut diminuto p m̄.q̄ tales etiā habent solutionem p capitula sua.sicut si ce.& co.æquarent̄ nu. tm̄.tertio vt cognosceres qūo fienda sit æquatio q̄a partes debēt omnes manere sepatate eo q̄ valor rei sit ℞℞.V.L.

15 Quidā ibat a Mediolano brixiā prima die miliare 1,die secunda 2.die tertia 4.die quarta 8.& ita deinceps ascēdendo p duplam.alius veniebat e brixia prima die 2.miliaria secunda die 4.tertia die 6.quarta die 8.& occurrerunt sibi in medio itineris.quero quādo sibi occurrerūt & quot miliaria sunt a Mediolano ad brixiā.fac sic iūge tot dies vt vides q̄ primus supet secundū hoc fit in 5.diebus,nā primus ambulauit miliaria 31.secūdus 30.&

	primus	ſecundus	agregatum primi	ſecundi
primus	1	2	1	2
ſecũdus	2	4	3	6
tertius	4	6	7	12
quartus	8	8	15	20
quintus	16	10	31	30
	6		5	$\frac{5}{6}$

	16	
in die p̄cedenti videlicet	80	15
in 4.diebus primus ambu	6	$13\frac{1}{3}$
lauit 15.ſecũdus 20. igitur	$13\frac{1}{3}$	$28\frac{1}{3}$
in 4.diebus ſecũdus ſupa		$56\frac{2}{3}$
bat primũ & in 5. primus		

ſupabat ſecundum vt vides.auferes igit' iter quinti diei vnũ ex alio remanẽt 6.aufer etiã agregatũ quarte diei ab agregato 4.diei alterius videlicet 15.a 20.remanent 5.multiplica 5.in iter q̃nti diei maius & ẽ 16.fit 80.diuide p 6.exit $13\frac{1}{3}$ adde ad 15.fit $28\frac{1}{3}$ & tm̃ ambulauit quilibet illorũ:igit' cũ qlibet ambulauerit medietatẽ erunt a Mediolano ad brixiam miliaria $56\frac{2}{3}$.& iuncti sunt in diebus 4 $\frac{5}{6}$ quod est in diebus 4.horis 10.hora videlicet vigeſimaſecũda diei dando horas 12.pro die artifitiali. nã dies 4.ſunt perfecti,& diuiſa 5. differentia agregati per 6.differentiam diei quinte .exit $\frac{5}{6}$ ipſius quinte diei.

16 Tres ruſtici ibãt romã & diſcubuerunt ſub fago, & primus habuit panes 3,& amphorã vini ſextariorũ 4.& reliqui ſotii vt vides acceſſit antequam comederẽt ſotius quartus nõ habẽs niſi vnũ panẽ & comedit cũ eis & ſoluit ſolidos 5.quos ille æq̃liter diuiſit primis tribus ſotiis videlicet ſolidũ & denarios 8.p̄ ſingulis. q̄ro p̄riũ panis & vini & piſcium,dices igit' ſi oẽs æqualiter habuerũt a quarto ex peccuniis,igit' tm̃ poſuit vnus quãtum alius ex primis tribus ſotiis detrao igit' vini 4,a vini 5.

remanent panes 3. æquualētes 6. piscibus & 1. vini & ita factis detractiōibus cōsurgit secunda Figura. deinde reduco æquiualentiā ad vnitatē & consurgit tertia Figura, dicēdo si 3. panes æquiualent 1. vini & 6. piscibus igit 1. panis æqualebit $\frac{1}{3}$ vini & 2. piscib⁹ & ita de aliis. Post dic si p secūdam panes 3. valēt vini 1. pisces 6, & vini 1. valet p tertiam panes $\frac{2}{5}$ pisces $\frac{1}{5}$, igit panes 3. valebūt panes $\frac{2}{5}$, pisces $6\frac{1}{5}$, & ita ter repetendo formabis quartā Figurā, post subtrae panes a panibus vinū a vino, pisces a piscib⁹. remanebit æquualētia quinte Figure velutí vides. cū igit p quintā Figurā panes $2\frac{3}{5}$ æquiualeant piscibus $6\frac{1}{5}$, multiplicando omnia p 5. fiunt panes 13. æquiualētes piscibus 31. & ita de aliis, vt in sexta Figura patet. qa igitur quattus habebat panē & soluit solidos 5, igitur comedit valorē 1. pa

Prima equiualentia

primus	sotius	panes 3.	sextar vini	4
secūdus	sotius	pisces 6.	sextar vini	5
tertius	sotius	pisces 7.	panes	2
quartus	sotius	solidos 5.	panem	1

Secunda

panes	3.	vini	1	pisces	6
vini	5.	pisces	1	panes	2
pisces	7.	panes	1	vini	4

Tertia

panis	1.	vini	$\frac{1}{3}$	piscis	2
vini	1.	pisces	$\frac{1}{5}$	panis	$\frac{2}{5}$
pisces	1.	panis	$\frac{1}{7}$	vini	$\frac{4}{7}$

Quarta

panes	3.	panes	$\frac{2}{5}$	pisces	$6\frac{1}{5}$
vini	5.	vini	$\frac{4}{7}$	panis	$2\frac{1}{7}$
pisces	7.	pisces	2	vini	$4\frac{1}{3}$

Quinta

panis	$2\frac{3}{5}$	pisces	$6\frac{1}{5}$
vini	$4\frac{3}{7}$	panis	$2\frac{1}{7}$
pisces	5	vini	$4\frac{1}{3}$

Sexta

panes	13	pisces	31
vini	31	panes	15
pisces	15	vini	13

Septima

vini 9 pisces 13 panes 2 valent asses 20.

nis & 5. solidorũ. quare oẽs comederũt panes 4. & soli
dos 20. & q̃a quartus sotius habuit panẽ, igiť tres primi
habuerũt panes 3. & solidos 20. in valore. detractis igiť
panibus 3. de communi erũt pisces 13. vini 9, panes 2. valẽ
tes 20. solidos, reduces igiť panes & pisces ad vinũ per
regulã & sextã Figurã, fiẽt vini $24\frac{2}{5}$ æqualia 20. solidis
quare deducẽdo p̃ denominatorẽ fiẽt 122. bochalia vi
ni, æqualia 100. assibus, & 61. vini 50. assibus. vnus igitur
Vini valet $\frac{50}{61}$ assis. & hoc nota extra. & q̃a vini 13. sunt
pisces 15. duc 13. in $\frac{50}{61}$ fiũt $\frac{650}{61}$. & hic
erit valor 15. pisciũ. diuide igitur $\frac{650}{61}$
p̃ 15. ducẽdo in denominatorẽ fient
$\frac{650}{915}$ schissa fiunt $\frac{130}{183}$. & hic est valor
vnius piscis. & q̃a pisces 31. sunt pa-
nes 13. duc igiť pisces 31. in $\frac{130}{183}$ fiet $\frac{4030}{183}$. & hic est valor
13. panum, igiť panis vnus valet $\frac{310}{183}$. repone loco suo. &
q̃a q̃libet tm̃ habuit quãtũ fuit illud q̃ quartus come-
dit & vltra tertiam partẽ solidorũ 5. igiť valor cuiusli-
bet fuit solidorũ quinq; & vltra solidorũ $1\frac{2}{3}$ & vnius pa-
nis. iunge simul fiet solidi 8 $\frac{22}{61}$. & tm̃ q̃libet habuit & p̃
commoditate probationis. reduc omnia ad 183. & fiet 8
$\frac{66}{183}$. & Vini ẽt valor $\frac{150}{183}$. p̃batio facilis est primus habe
bat panis 3. igiť $\frac{930}{183}$ & vini 4. igiť $\frac{600}{183}$. iũcta sunt $\frac{1530}{183}$
s̃s habuit pisces 6. igiť $\frac{780}{183}$ & vini 5. igiť $\frac{750}{183}$. iũcta sunt
$\frac{1530}{183}$ tertius habuit pisces 7. igiť $\frac{910}{183}$ & panes 2. igitur
$\frac{620}{183}$. iũge fiũt $\frac{1530}{183}$. igitur oẽs habent 8 $\frac{66}{183}$ & primus ha-
buit assem $1\frac{127}{183}$. q̃a habuit panẽ & ideo q̃libet comedit
asses $6\frac{127}{183}$. & totũ q̃ comestũ fuit valuit asses 26. & $\frac{142}{183}$

Vini	1 assis	$\frac{150}{183}$
Piscis	1 assis	$\frac{130}{183}$
Panis	assis.	$\frac{310}{183}$

17 Detrae 4. cu. a 7 ce. p̃. 3 co. in capitulo suo declaraui q̃
p̃ modũ multiplicationis fiũt ℞. 49 ce. ce. p̃. 9 ce. p̃. 16.
cu. ce. p̃. ℞. 1764. cu. ce. m̃. ℞. 3136 ce. Rel. P. m̃. 576 ce.
ce. ce. non dixi tñ modũ q̃a descriptus ẽ in capitulo de
tractionis surdorũ q̃a tñ io surdis operamur p̃ modũ
radicũ dispones vt vides deinde quadra vnũq̃q; p̃ se

fiunt vt vides 49 ce.ce. quadratū de 7 ce. & 9 ce. quadratum de 3 co, & 16, cu ce quadratū de 4. cu. ē igitᵉ ac si pbleuma dixisset detrae ℞.16. cu ce a ℞.L.49. ce, ce. p̄. ℞.9 ce. quare iūgende essent & fient 49 ce.ce. p̄. 9 ce. p̄. 16 cu. ce. deinde ducēda ē vna pars ℞.L. in alterā fit 441. cu. ce. & hoc ē q̄druplādū erit igitᵉ additū 49 ce.ce. p̄. 9 ce. p̄. ℞.1764. cu. ce. deinde multiplica ptes p modū ℞. idest ℞.16, cu, ce. in 49 ce.ce. fiūt 784 ce. Rel. P. & similiter 16. cu. ce. in 9 ce. fiūt 144 ce.ce.ce. ħ totū dz q̄druplari qa ℞, ē fient ℞.L.3136 ce. Rel, P. p̄. ℞.576 ce.ce.ce. detraendū a priori & residui ℞. erit illud q̄ remanet: detractis 4. cu. ab 7 ce, p̄. 3 co. est igitur dicere.

7 ce. p̄. 3 co.
49 ce, ce, p̄. 9 ce.

4. cu.
16. cu. ce.

℞, 49 ce. ce.
℞. 9 ce.
℞. 441, cu. ce.
4
℞. 1764, cu, ce.

℞. 49 ce. ce, p̄. 9 ce.
℞. 16. cu. ce.
℞.L. 784 ce. Rel. p. p̄. ℞.144. ce. ce. ce
℞.L. 3136 ce. Rel, p. p̄. ℞, 576 ce. ce. ce.

7 ce. p̄. 3 co.
49 ce. ce, p̄. 9 ce.
p̄. 16. cu, ce, p̄. 42, cu. | 7 ce. 3 co, 21, cu. 2

4. cu.
16. cu. ce.

7 ce. p̄. 3 co.
4. cu.
28. Rel. P. p̄. 12, cu, 42. cu.
2
56. Rel. P. p̄. 24, cu. | 49 ce. ce, p̄. 9, ce. p̄ 42. cu. p̄, 16, cu, ce.
56. Rel. P. p̄. 24. cu.
49 ce. ce. p̄. 9 ce. p̄. 18. cu. p̄, 16 cu, ce.
m̄, 56, Rel, P.

Detrae ℞.L.3136ce.Rel.P.p̃.576ce.ce.ce.ex.49ce.ce.p̃.9ce.p̃.℞.1764 cu.ce.& residui radix ẽ detractio & hoc fit sequendo capitulum.

Verũ põt abreuiari multũ operatio nã postquam quadrasti partes vt vides sufficit vt ducas ipsas inuicẽ videlicet 7ce.in 3 co.fiũt 21.cu.erit igit̃ prima pars 49 ce.ce.p̃.9ce.p̃.16.cu.ce.p̃.42.cu.qa duplãda,nam in ℞.fuit quadruplãda.& similiter duces aliã partem in 7.ce.p̃.3 co.& fiet vt vides 28.Rel.P.p̃.12.cu.duplãda similiter erũt igit̃ 56.Rel.P.p̃.24.cu. minuẽda ex 49 ce.ce.p̃.9 ce.p̃.16.cu.ce.p̃.42.cu.remanebunt igit̃ vt vides 49ce.ce.p̃.9ce.p̃.18.cu.p̃.16.cu.ce.m̃.56.Rel.P.& huius ℞.V.est idem quod 7 ce.p̃.3.co.m̃.4.cu.& æquiualebunt.

Et ponamus ꝙ in numeris velis detraere 5.a 7.p̃.2.quadrabo singulos fiet 49.p̃.4.p̃25.deinde multiplica 7.in 2.fiũt 14.duplica fit 28.erit igit̃ totũ 106.deinde multiplica 5.in 7.fit 35.& in 2.fit 10.dupla fiũt 70.& 20.iuncta faciunt 90.detrae 90.a 106.remanent 16.cuius ℞.est 4.& tantũ facit detraẽdo 5.a 7.p̃.2.

7.p̃.2.		5
49.p̃.4.	p̃.25.p̃.	
28.	iũcta	106.
35.	10.	
70.	20.iuncta	90
	106	
	90	
℞.16		4

18 Cognitũ est ꝙ supiores planete mouentur tm̃ in epiciclo & eccẽtrico quantũ sol in suo eccẽtrico tantum.ex quo intelligit̃ ꝑportionẽ motoris eccẽtrici solis cõponi ex ꝑportionibus motorũ eccẽtrici superiorũ & epicicli ad sua mobilia.sit igit̃ virtus motoris saturni ℞.200.& eccẽtrici ℞.120.& sit virtus motoris solis ℞.3500.& eccẽtrici solis ℞.24.volo scire que nam est virtus epicicli Saturni hic sunt qnq3 termini cogniti videlicet primus secundus tertius quartus & quintus & tertius & quintus sunt idẽ,q̃ritur aũt sextus p capitulũ igit̃ quadrage

primus Motor solis	secundus eccētricus
℞.3500	℞.24
tertius Motor saturni	quartus eccētricus
℞.200.	℞.120.
quint⁹ Motor saturni	sextus epiciclus
℞.200.	℞.2 $\frac{2}{7}$

simum sextum multiplica secunduz in tertium fit ℞. 4800. & hoc in quintū fit ℞.960000. multiplica primū in quartum fit ℞.420000. diuide ℞.960000. p ℞.420000. exit ℞. 2 $\frac{2}{7}$. & tanta erit virtus epicicli saturni in comparatione ad motorē & eccentricū. & p idē supposita ꝓportione eccentrici ad epiciclum possibile est scire proportionez motorum eccentici & epicicli adinuicem, & similiter ad motorē solis, liquet etiā ex hoc intelligentiā solis fortiorē esse omnibus intelligentiis ceterorū planetarum.

19 Quod si dicat volo ꝙ spatia ptrāsita sint æqualia, & est vt spatiū ꝙ pficit corpus solis æquet spatiis q̄ ptransit saturnus in epi ciclo & eccētico simul iūctis & ē quod quarta & sexta quātitas iūcte fatiāt secundā. tunc igit diuide secundā quātitatē p algebra, ita ꝙ stantibus mo toribus ꝓportio cōponat, & sit motor primus 60. secundus 2. tertius 40. res mota 10. diuido 10. in 1 co. & 10. m̄. 1 co. duco secundū in tertiū fit 20. & hoc in qntum fit


primus Motor solis	secundus eccentricus
60.	10
tertius Motor epicicli	quartus epiciclus
2	1 co.
quintus Motor eccentrici	sextus eccentricus
40	10. m̄. 1 co.

800. deinde duco primū in quartū fit 60 co. deinde in sextū fit 600 co. m̄. 60 ce. igit 800. p̄. 60 ce. æquant 600 co. quare 13 $\frac{1}{3}$ p̄. 1 cē. æquat 10 co. sequere æquationem res valet 5. m̄. ℞. 11 $\frac{2}{3}$ & hec ē virtus epicicli. i. spatium p

transitū ex epiciclo. & virtus eccētrici erit 5.ꝑ.℞.11⅔.& possent poni casus impossibiles in qbus virtus mobilis consurget maior virture motoris vt si virtus tertii motoris poneretur 50.casus esset impossibilis.

Et hec valde sunt vtilia volentibus cōtemplari magnitudines velocitates, virtutes, & tempora Motorum, & mobilium, & motuum celestium, vt in almagesto.

20 Si sint duo planete iuncti per centra epiciculorum in pūcto vno. & sint a & b & moueat᷑ a ita ꝙ ꝑficiat circulū totū in ℞. 7.& b in ℞. 5.q̄ro qñ eodem mō cētra epiciculorū iūgent᷑ in eodē pūcto Respōde ꝙ nunquā in æternū nā si sic igit᷑ ab hoc tēpore ad illud fuerūt



circulationes ꝑfecte vtriusq̄,ponamus igit᷑ ꝙ a ꝑfecerit 1000.circulationes,& b 1200.igit᷑ ꝓportio 1200. ad 1000.sicut tēporis a ad b,sed 1200.ē cōmēsurabilis ad 1000.igit᷑ ℞.7.ē cōmēsurabilis ℞.5.ꝙ est impossibile. quia sunt numeri surdi non proportionati, & quātitates surde diuersarum spetierum. quod autem 1200,cōmensureur ad 1000.paret ex initio 10. euclidis.

Et ex hoc paret quod nunquam bis iungētur in eodē puncto vsq̄ in æternum, & fuit inuentum hoc campani euclidis commentaris viri acutissimi.

21 Si sint duo planete quorū alter moueat᷑ in ℞. 18. alius in ℞.32.dicoq̄ cōiungent᷑ semp in tertia parre circuli. ita ꝙ in eisdē tribus pūctis vsq̄ in æternū, & similiter si vnus in ℞.8.ꝑficeret circulum alius in ℞.20.dico quod In oppositis pūctis, & eisdē iungerētur vsq̄ in etemū, r.ā si nō ponamus ꝙ iungant᷑ in c.q nō sit a, nec pun-

ctus oppositus, igit cũ sit ꝓportio motus vnius ad motũ alterius, sicut R. 20. ad R. 8. & est sexquialtera igitur erũt reuolutiones vnius sexqaltere ad reuolutiones alterius: addita vtrisq; parte. a. c. in qua secũdo cõiungũtur. sit igitur ac $\frac{3}{4}$ gratia exẽpli. & pauciores reuolutiones sint 1 co. igitur ptransiuit secundus 1 co. p̃. $\frac{3}{4}$. quare primus ptransiuit 1 $\frac{1}{2}$ co. p̃. 1 $\frac{1}{8}$. reuolutionũ, si igitur fuerũt pares reuolutiones abiectis integris fiet $\frac{1}{8}$ circulationis. æquale $\frac{3}{4}$. q̃ ẽ impossibile, vel impares igit abiectis integris erũt $\frac{5}{8}$ reuolutionis æqualia $\frac{3}{4}$ q̃ ẽ impoossibile.

22 Ponamus tertio q̃ duo planete, vel duo mobilia, sint iũcta in a & b eodẽ pũcto, & a pficiat circulũ in 1000. annis & b in 999. volo scire quãdo iterũ cõiũgẽtur in a. patet. n. ex vigesima questione quod iterum ibidẽ coniungentur. Multiplica vnum in aliud fiunt 999000. & in tanto tempore redibunt ad eundem punctum.

23 Ponamus quarto q̃ vnus reuoluatur in annis 1000. alius in 999. volo scire in qbus locis poterunt iungi diuide ꝓductũ vnius in alterũ q̃ est 999000. p differentiam & est 1. exit idem. habes igitur tempus in quo primum iungentur fore 999000. multiplica 999000. in vnam reuolutionem fiunt reuolutiones 999000. diuide p 1000. exeunt 99. igitur cum 1000. sit numerus integer. non cõiungentur nisi in vno puncto vsq; in eternum.

Exemplũ aliud saturnus reuoluitur in annis 30. & iupiter in 12. volo scire in quot annis iũgẽtur, & vbi. multiplico 12. in 30. fit 360. diuido p 18. & est differentia 30. & 12. exeũt 20. & in tot annis iungẽtur. volo scire vbi diuide 20. p 30. exit $\frac{2}{3}$. & in $\frac{2}{3}$ reuolutionis cõiungẽtur. idest 8. signis semp distãtes a primo loco, & ita si prima coniũctio fit in ariete infra 20. annos fiet in sagittario, & infra alios 20. annos in Leone. & infra 20. annos alios reuertet ad arietẽ. verũ postponit gra. 2. m̃. 59. fere, & hoc

est qa saturnus reuoluitur citius aliquãtulum 30. annis.
Aliud exẽplũ iupiter reuoluit in 144. mẽsibus, idest in
annis 12. & mars in 23. mẽsibus. volo scire tẽpus coniũ
ctionis multiplico 23. in 144. fiũt 3312. diuido p 121. diffe
rẽtiã exeũt 27 $\frac{1}{2}$ fere & in tot mẽbbus iũgẽtur. volo sci
re quo in loco multiplico 27 $\frac{1}{2}$ in 360. gradus circuli fi-
unt 9900. diuido p 144. reuolutionẽ maiorẽ. exeũt gra
dus 69. ferme. & tantũ distabũt a pcedenti loco in secũ
da cõiũctiõe. Et qa 4. multiplicatũ in 27 $\frac{1}{2}$ facit 110. se
quit vt in 9. annis quasi reuertatur coniunctio ad idẽ,
& sunt parum minus nam Mars est velocior.
Aliud exẽplũ in surdis ponamus q vnus reuoluatur in
℞.7. alius in ℞.5. duc ℞.5. in ℞.7. fit ℞.35. diuide p dif
ferentiã q est ℞.7. m̃. ℞.5. per capitulũ vigesimũ primũ
exibit ℞.61 $\frac{1}{4}$ p̃. ℞.43 $\frac{3}{4}$ & hoc tempore iungentur. pro
habẽdo loco diuide ℞.61 $\frac{1}{4}$ p̃. ℞.43 $\frac{3}{4}$ p ℞.7. exibit ℞.8 $\frac{3}{4}$
p̃. ℞.6 $\frac{1}{4}$.
Et si vis scire reuolutiõis partem, subtrac reuolutiones
integras & sunt 5. ex aproximatiõe, remanebit pars cir
culi pertransita ℞.8 $\frac{3}{4}$ p̃. ℞.6 $\frac{1}{4}$ m̃.5.
Et ex hoc manifestũ ẽ q si planete mouẽtur in propor
tiõe numeri ad numerũ nõ cõiunguntur nisi in certis
paucis pũctis circuli signorũ, & infinita derelinquunt in
qbus nũquã cõiũgunt. si vero pportio motus ad motũ
nõ ẽ veluti numeri ad numerũ, nũquã vsq in æternum
bis in eodẽ pũcto cõiungẽtur. cũ igit alterum horũ sit
necessariũ erit etiã necessariũ vel q idẽ nunquã rede
at vel q infinita possibilia nũquã eueniãt declaratũ aũt
est a nobis in libello de misteriis æternitatis, motus pla
netarũ omnes esse in pportione irrationali, quare nun
quã idẽ bis eueniet, vnde platonis opinio de anno Ma-
gno destruitur. verum similitudinem magna fore post
ductos annos nihil repugnat, his que precesserunt. atq
iterum

iterum ad troiam magnus mittetur achilles.
24 Ponamusquinto ꝙ sint tria mobilia.a.b.c. quorum a
moueatˀ pficiẽdo circulationẽ in ℞.5.& sit saturnus. &
b in ℞.4.&sit Iupiter. & c in ℞.3.& sit Mars. & sint nūc
iūcti in initio arietis in pūcto a. dico ꝙ vsq₃ in æternum
nō amplius cōiūgẽtur in pūcto a. nec in alio puncto, nā
de pūcto a clarū est cū nec duo ex ipsis p vigesimāque
stionẽ. de aliis aūt pūctis ita demōstratˀ. ponamus igitˀ
ꝙ in pūcto c aliquādo iungantur vt pote in 10000. an
nis. cū igitˀ Saturnus pfitiat reuolutionem suā in ℞.5.&
Iupiter in ℞.4.& Marsin ℞.3. igitˀ Saturnus pfecit ℞.
2000000.& Iupiter 2500.& Mars ℞.3333333 ⅓, reuolu
tionū sed partes he sunt incōmensurabiles, igitˀ abiectis
reuolutionibus integris q̄ neccessario sunt cōmẽsurabi
les, remanebit supfluū supfluo in cōmensurabile, quare
si Saturnus fuit in c cū ioue, nō erit ibi Mars, & si fuerit
ibi Mars, nō erit Iupiter, igitˀ posita etiā æternitate mū
di, nunquā in preterito vel futuro erunt cẽtra trium pla
netarum simul, nedum plutiū p̄terquā semel, nec cōiun
ctio q̄ fuit Solis cū Luna vsq₃ in eternum amplius eue
niet, ibidẽ, aut ab æterno vnquā euenit in eodem loco.
25 Supposita magnitudine terre vt sit secūdū Ptolomeū
180000. stadiorū siue 22500. miliariorū. nā hec opinio
ẽ verior illa q̄ dat 31500. miliaria vt in expositionibus
geographie Ptolomei declarauimus volo scire quātū
pōderaret tota terra cū aqua si esset in statera hic opor
tet supponere tria primū quātū spatiū cōtinet miliare,
secundū pōdus vnius cubiti terre mixte cū aqua, tertiū
vniformitatẽ corporis. hoc facto resolue terre spheram
in miliaria corporea hoc mō nā cū circōferẽtia circuli
sit 22500. miliaria igitˀ p capitulū sexagesimūquartum
erit diameter miliaria 7159. igitˀ circōferẽtia terre cum
fiat ducta diametro in circulū maiorem, ducto 7159. in

22500.fiet circũferẽtia terr̃ miliaria q̃drata 161077500
quare p̃ vigesimãsextã regulã 64.capituli ducemus sup
ficiẽ in sextã diametri partẽ,& habebimus glebã terre
miliaria q̃drata idest lõga lata & p̃fũda 192165457500
& q̃a vnũ miliare cõtinet 1000.in lõgitudine latitudine
& p̃funditate cõtinebit igit̃ miliare vnũ passus quadra
tos 1000000000.q̃re ducemus h̃ in globũ terre,eritq;
globus terre passus q̃drati 192165457500000000000.
habito igitur põdere vnius passus terre,ex mediocri vni
formitare supposita,Multiplicãdo p̃ suprascriptũ nume
rũ habebis quot libras ponderat mare cũ terra nõ qui
dẽ omnino precise cũ adsint montes & reliqua.sed ita
quod non accidet error ex 10000.partibus in vna.
26 Q uerit̃ cur in principio creauit deus coelum & terrã,
& hominem in sexta Die requiescens in septima .hic
quinq; maxima misteria continentur.
Primũ q̃m actus creationis erat infinitus in vnitate de
signatus est ob hoc omnia simul creauit nã infinito, &
deo,nihil ẽ similius vnitate.excepto q̃ vnitas ẽ potẽtia
passiua infinita,deus antẽ actu infinitus,in reliq̃s nihil
ẽ similius vt nec nix niui,propterea in vnitate est,in vni
tate creauit vt cum perfectorum perfectissima sit,om-
nem creaturam non tãtum creãdo excederet sed & in
modo creandi excellentiam creatoris ostenderet.
Porro creauit duo simul celũ & terrã dualitatis perfe-
ctionẽ ostendẽs,q̃ in creatis ẽ,mortale terrã,immorta-
le celũ.fixã terrã,volubile celũ,Masculũ celũ, feminaz
terrã.spiritũ celũ,opacũ terrã,deorũ celũ sedẽ,hominũ
terrã,supremũ coelũ,infimã terrã,vides vt primo verbo
infinitatis misteriũ ostẽdit in creatore,ita secũdo sum-
mã p̃fectionẽ rei create cõplexus ẽ:agẽs ac patiẽs con
trouersiãq; seq̃strẽ ostẽdẽs,ac in extremorũ virtute etiã
cuncta intermedia cõplexus ẽ hoc secũdũ misteriũ fuit

Tertiũ q̃m in sex diebus cuncta disposuit nã Senarii p
fectionẽ in ordine ostẽdit, hic enim primus ẽ ab vnita-
te pfectus, vbi enim ordo erat impossibile etiã fuit ipsi
deo numerũ abesse: nãq; ordo pluriũ rerũ est, q̃ autem
plura sunt numerũ habẽt, ex ipsis igit̃ numeris pfectis-
simus amplexãdus fuit Senarius, cũq; liceret cuncta si
mul ordinare magisq̃uã creare, opificis enim finiti ordi
natio ẽ, creatio infiniti, ostẽdit p ipsum q̃dẽ licere infinĩ
tũ esse, at ex rebus ipsis minime cõcedi, vt summã asse-
querẽtur pfectionẽ q̃ est vnitas, sed ipsas ad secundum
locũ declinasse pfectionis q̃ in Senario cõstituta est, vt
igitur pfecto nihil deest ita neq; ordinationi aut rebus
ordinatis q̃d q̃uãmelius aut addi tanq̃uã diminuto, aut
minui tanq̃uã a suphabũdãte põt. nõ q̃dẽ opificis pote
state terminata, sed ipsa rerũ serie sibi terminos p̃scribẽ
te, & fuit ac si dixisset p senariũ illũ corũ q̃ creata sunt
ordo melior ac dispositio assignari non potuit, aut ẽẽ,
ppea pluries addidit quod vidit deus ea ẽẽ valde bõa.
Sexta autẽ die hominẽ creauit q̃d hoc est aliud, q̃uã vt
ostẽderet omniũ creatorũ summã pfectionẽ in homi-
ne esse, at longe cęlo antepouẽdũ, nã extremum artifi-
cis opus cõsumatio ẽ, & in ipsa sexte diei p̃figuratiõe cũ
cta pp ipsum creata ostendit, aut igitur angelos multo
prius creatos fuisse necesse est, aut angelicã naturã et
humanã inferiorẽ, q̃m diuine capax erat, vnde & deos
homines nuncupari, angelos nequaquam scriptura sa-
cra sæpius recipit, hoc igitur quartum misterium est.
Septima autẽ die requieuit. q̃ntum insinuat misterium in
lege enim q̃es est q̃ septenario ostẽditur, nec extra pfe-
ctionẽ aliq̃d cõstitui aut põt aut debet, vnde sabbatum
designatur atq; q̃ in creatoris offitio infinitas limites
nõ recipit, cũ ordinatoris vice fungitur, nõ ex sui pote-
state sed ex infirmitate creatarũ rerũ modũ sibi statuit.

ita vt deo cuncta, homini nõ omnia licebant, coartata enim infinita vis rei create legibus sæpta videtur: deo enim licet ex lapidibus homine pfectius creare, lapidē autē homine pfectiorē creare nõ põt: nõ quia omnipotētia eius tollat, sed quia iam supposita lege ipsarum rerum omnipotentia ab ipso met net deo coartatur.

Hec qdem ad tertium librum de morte ptinebāt, atq ibidē sunt luculenter explicata, hic vero tātum vt ostēderemus q in principio Prefati sumus Testamēti veteris sacramenta numerorum misteriis esse referta.

27 A perside defferunt Margarite ad Damascū, sultanus posuit in qualibet ciuitate que erat inter psidem & Damascū vectigal vnius vntie defferētibus Margaritas siue paucas siue multas, & fuerunt ciuitates 12. a perside Damascū, & 12. vectigalia cõputato vectigali damasci, Post certū tēpus cū fuisset simultas inter sultanū & regē persarū, volēs tacite sultanus phibere ne mercatores ex pside defferrēt margaritas, cõstituit ne qs plus. 10 vntiis margaritarū in vna vice sub pena capitali ex loco ad locū defferret, existimās hoc cū 12. vntie pro vectigalibus sint psoluēde, non potēti defferre nisi vntias 10. plus soluēdū erit in vectigalibus quā sit tota merces empta, ex qua lege ita viluerūt margarite vt 100. libre 10. aureis in pside distraerētur: qua de causa cum qdam 100. libras emisset 10. aureis, volēs vitare periculū capitis & legē sultani seruare, cū ex lege damasci maximo essent in pretio margarite, queritur an vllo ingenio posset aliqua particula reseruari.

Respondeo q sic hoc mō libre 100. sunt 1200. vntie, & qa nõ possunt defferri nisi vntie 10. p vice, igitur in 120 vicibus defferētur ad primū vectigal, & remanebūt vntie 1080, deinde secūdo incipient defferri vntie 1080. ad secundū vectigal 10. p vice, & defferētur in 108. vicibus

quate solutis 108. vntiis remanebunt in secundo vectigali vntie 972. q eodem mō defferentur in 98. vicibus, & p solutis 98. vntiis, remanebūt vntie 874. in tertio vectigali. & in quarto eadem ratione erunt 786. & ita de reliquis. vt in fine superfuerint vntie 335. videlicet libre 27. vntie 11. & p soluit vectigalibus debitum & fuit libre 72. vntia 1.

Vntie	Vectigalia	solutio
1200		
1080	Primum	120
972	Secundum	108
874	Tertium	98
786	Quartum	88
707	Quintum	79
636	Sextum	71
572	Septimum	64
514	Octauum	58
462	Nonum	52
415	Decimum	47
373	Vndecimū	42
335	duodecimū damascus	38
335	Summa	865

cumq; semp maiores margaritas sibi seruaret, licebat enim ex lege maximā lucratus ē peccunie quātitatem. hoc volui ponere vt ingenium exercerem tuum in talibus prouidentiis nam res cum publicatis melius agitur actu quam computo.

28 Habui tres quātitates cōtinue pportionales & p singulā illarū diuisi 25. & puētus tres agregati fuerūt tātum quātū ille tres quātitates. & similiter tm̄ fuit illud q̄ fit ex prima in secundā & pducto ducto in tertiā. querun tur quātitates ille: tunc tu scis q̄ illud q̄ fit ex prima in secūdā & pducto in tertiā ē equale cubo secūde quantitatis p nonagesimā regulā quadragesimi secundi capituli igitur cū tale pductū æquet dictis tribus quātitatibus erunt dicte tres quātitates iuncte cubus secunde quātitatis. & qa cū aliqua quātitas diuidit p tres quātitates cōtinue pportionales ita q̄ puentia iūcta sint æqualia diuidētibus. tūc secunda ex illis quantitatibus

ē R̨.numeri diuidēdi quadrata: p regulā nonagesimā-primā quadragesimi secundi capituli, igit̃ secūda quantitas est R̨.quadrata 25.hoc est 5. & ipsa erat R̨. cuba agregati igitur agregatū ē 125.igit̃ dēpta secunda quātitate remanēt relique due 120.& q̄a ex prima in tertiā tm̄ fit quātū ex secunda in se p regulā 104.capituli 42 & ex secunda in se fit 25.igitur diuidemus 120. in duas partes quarū vna in aliā ducta faciat 25,eritq; p capitulū 49.vna 60.p̃.R̨.3575.alia 60.m̃.R̨.3575.& media illarum fuit 5.& ita soluta est. Frater autem Lucas posuit eam & soluit cum magna difficultate & pluribus operationibus superfluis.

29 Diuide 10.in duas partes quarū quadrata differant in 40.tūc vna erit 1 co.alia 10.m̃.1 co.quadrata sunt 1 ce. & 100.p̃.1 ce,m̃.20 co.differentia est 40.igit̃ 1 ce.p̃.40. æquat̃ 1 ce.p̃.100.m̃.20 co.æqua partes erūt 60. æqualia 20 co.igit̃ res valet 3.& reliqua pars ē 7. igit̃ cū hoc soluat̃ ex quadragesimo octauo capitulo. manifestum plura posse solui p regulas simplices algebre,q̄ non pñt p cataym,vel aliter p regulā quadra 10.fit 100.subtrae 40,remanēt 60.diuide p duplum 10.q; est 20. exit 3. & hec erit minor pars & reliqua erit 7.

30 Si quis dixerit inuenias duos numeros quorū quadrata sint 34.iūcta & vnus in alium ductus faciat 15. soluitur tripliciter per 50.capitulum vno modo & p qnquagesimum primum dupliciter, etenim per quantitatem surdam,& per duas quantitates.

31 Diuide 10.in duas partes quarū quadrata dēpta ex 100 & 97.residuēt duos numeros quorū R̨.iūcte sint 17. in hac q̄stione scias primo an sit possibilis casus hoc mō diuide 10.p æqualia fiunt 5.& 5.aufer quadrata eorum ex 100.& 97,remanēt 72.& 75.quorū quadrata iuncta sunt 17 $\frac{3}{10}$.fere iterū q̄dra 10.fit 100.aufer a 100, rema

net 97. alia pars cui ℞. ē fere 10. igit̃ 10. ē minus ꝙ pos
sit residuari & 17 $\frac{3}{10}$ maius ꝙ possit residuari. si igitur q̃
stio diceret ꝙ residuaret plusquã 17 $\frac{3}{10}$. aut minus quã
10. vel ℞. 97. tūc esset impossibilis. qm̃ autē dicit 17. ꝙ ē
inter 10. & 17 $\frac{3}{10}$ iō dico ꝙ q̃stio ē possibilis. cognita pos
sibilitate diuide 10. in 5. p̃. 1 co. & 5. m̃. 1 co. tali autē diui
sione p mediū semp vti debes in difficilibus q̃stionibus
aliter puenires ad æquationes quas difficile esset redu
cere, erūt igitur quadrata illarū partiū 25. p̃. 10 co. p̃. 1
ce. & 25. m̃. 10 co. p̃. 1 ce. detrae primū Maius a 100. re
manēt 75. m̃. 10 co. m̃. 1 ce. & minus a 97. remanēt 72.
m̃. 1 ce. p̃. 10 co. cū igit̃ ℞. horū iuncte debeāt facere 17
igit̃ detracta vna ex his a 17. remanebit reliqua. detrao
igit̃ quã volo vt pote primam a 17. remanebit 17. m̃. ℞.
V. 75. m̃ 10 co. m̃. 1 ce. æquale ℞. V. 72. m̃. 1 ce. p̃. 10 co.
quadra vtrūq3 erit 72. m̃. 1 ce. p̃. 10 co. æquale 289. p̃. 75
m̃. 10 co. m̃. 1 ce. m̃. ℞. V. 86700. m̃. 11560 co. m̃. 1156 ce.
igit̃ 292. æquatur 20 co. p̃. ℞. V. 86700. m̃. 11560 co. m̃.
1156 ce. pone igit̃ ℞. separatas erit 292. m̃. 20 co. æquale
℞. V. 86700. m̃ 11560 co. m̃. 1156 ce. quadra vtrāq3 par
tem fiēt 85264. p̃. 400 ce. m̃. 11680 co. æqualia 86700. m̃.
11560 co. m̃. 1156 ce. quare facta æquatione fient 1436.
æqualia 120 co. p̃. 1556 ce. igit̃ 1 ce. p̃. $\frac{30}{389}$ co. æquantur
$\frac{359}{389}$. reduc ad capitulū fit $\frac{15}{389}$ p̃. ℞. $\frac{139876}{151321}$ valor rei ℞.
aūt dicta ē $\frac{374}{389}$ cui additis $\frac{15}{389}$ fit $\frac{389}{389}$ ꝙ est vnitas, &
q̃a vna pars fuit 5. p̃. 1 co. & alia 5. m̃. 1 co. erit vna pars
6. alia 4. quia 1. est valor de 1 co. vt dictum est.

32 Si q̃s dicat census ductus in $\frac{3}{4}$ sui met pducit 192. duc
192. in 4. fit 728. diuide p 3. exit 256. cuius ℞. est 16. cen
sus q̃ pponit̃. si aūt volueris $\frac{3}{4}$ ℞. 256. duc $\frac{3}{4}$ in se fit $\frac{9}{16}$.
duc $\frac{9}{16}$ in 256. fit 144. cuius ℞. est 12. & hoc ē $\frac{3}{4}$ de 16. &
hec est facilior operatio que possit fieri in surdis. vt fit
Exemplū census in $\frac{2}{3}$ sui produxit 10. igitur in se ductus

producet 15. duc $\frac{2}{3}$ in se fit $\frac{4}{9}$. duc 15. in $\frac{4}{9}$ fit 6 $\frac{2}{3}$. cuius ℞. est $\frac{2}{3}$ ℞. 15. ducteq; ℞. 15. & ℞. 6 $\frac{2}{3}$ inuicem fatiunt 10.

Duo fossores inuenerũt vrnã balsami vntiarum 8. & habebãt duas ampulas secũ vacuas quarũ altera cõtinebat vntias 5. altera 3. & volebãt diuidere balsamum per æqualia dico implẽda ẽ ampula q̃ cõtinet bochalia 5. & remanebũt 3. in prima, secundo cũ ampula 5. imple ampulã 3. & remanebũt 2. in ampula 5. vt vides, tertio adde 3. q̃ cõtinẽtur in ampula 3. ad 3. q̃ cõtinetur in vrna 8. & erunt 6. in vrna 8. & 2. in ampula 5. deinde transfer 2. in ampulã 3. & remanebit ampula 5. vacua. quã imple cũ vrna 6. & erunt in ampula 3. vntie 2. in ampula 5. vntie 5. in vrna 8. vntia 1. imple igit̃ ampulã 3. cũ ampula 5. & remanebũt 4. in ampula 5. & in ampula 3. erũt 3. que addite ad 1. in vrna 8. remanebũt vntie 4. in vrna 8. & totidẽ in ampula 5. & ita diuisisti per æqualia. regula autem est vt procedas semper eodem ordine & quot volueris solues questiones. nã semper a maiore vrna impletur maior ampula ab ea aũt minor, a minore autem ꝓiicitur in maiorẽ, nec ordo hic peruertitur.

Vrna	Ampula	Ampula
8	5	3
3	5	
3	2	3
6	2	
1	5	2
1	4	3
4	4	

Quidã discesit a gadibus p occidẽtem & fuit hoc in kalendis Ianuari 1517. & circuiuit terrã ter antequã reuerteretur domũ, & cõputabat dies singulos existẽs in naui & visum est ei in reuersionis die ꝙ foret septima Maii. 1526. q̃ritur q̃ dies fuit illa in veritate in qua reuersi sunt multi nõ animaduertẽtes dicerẽt ꝙ foret septima dies Maii. cũ tñ nõ ita sit. nã cũ ipsi ꝓcesserint ad cursum solis, necessariũ fuit vt cõputarent in qualibet reuolutio-

ne die vnū minus, quā foret in rei veritate, cū igitur pfecerint reuolutiones tres igitur cōputauerūt 3. reuolutiones solis minus, cū igitur finierint hoc in septima Maii erat tunc decima maii. & ita sicut videbat' dies reuersionis dies Lune, fuit dies Iouis. & ecōtrario accidit circuētibus ab Oriētis parte nā circuitus eorū erit in die vno minus, pro singula reuolutione quam sit computum.

35 Quidā voluit emere 100. capita animaliū 100. aureis, asini vēdebātur 3. porci 2. aureis, pecudes ½ aureo, queritur numerus cuiuslibet sortis.

	Asini	Porci	Peccudes	
Reducas oīa ad ½ qa pecu				
des vēdunt' ½ aureo deīde sub	3	2	½.	100
trae minorē terminū a reliqs	6	4	1.	50
& ē ½ remanebūt 2½ & 1½ de	2½	1½	0.	100
inde accipe dimidiū 100. & ē				

50. detrae ex 100. fiūt 50. integra omnia ducendo in 2. fiūt iterū 100. & 5. & 3. detrae 5. totiēs a 100. vt residuū numeret' a 3. vnde detrao 5. a 100. bis remanet 90. & 3. in 90. ingreditur 30. vicibus erunt igitur Asini 2, Porci 30. Peccudes 68. & est residuum 32. ad 100.

36 Quidā defferebat vinum domino suo in vase, & cū sitiret bibit prima die vrceos tres vini, deinde reposuit tantūdem aque, secūda autē die tātūdem ebibit & impleuit aqua, tertia iterū die tātūdez bibit & repleuit aqua, atq; iterū q̄rta die idē cōtigit cū aūt attulisset dño vas cognouit dñs q̄m vinū nō erat sincerū, apposuit igitur vinū ad examē & inuenit tm̄ adesse aque quātū vini. queritur quot vrceos vas cōtinebat. tu scis q̄ detractio fuit pportionalis & quadtuplicata & q̄ in fine remāsit terminus minor subduplus maiori. pōe igit' q̄ termin⁹ minor idest vinū remanēs sit 1. igit' vas cōtinebat 2. multiplica vnum in aliud fiūt 2. cuius R̷. ē medius terminus. duc in primū fit 2, duc in maiorē R̷. 2. fit 8. erunt igitur

Primus	Secūdus	Tertius	Quuartus	Quintus
1	℞.℞.2	℞.2	℞.℞.8	2

termini vt vides. & qa differētia ex supposito ℞.℞.8. ad 2. est 3. igitur ℞.℞.8. p̄. 3. est æqualis 2. dic igitur per regulam 3. si 2. m̄. ℞.℞.8. esset 3. quid esset 2. duc 2 in 3. fit 6. diuide pet 2. m̄. ℞.℞.8. exit per viam Recisi 48. p̄. ℞.1152. p̄. ℞.℞. 2654208. p̄. ℞.℞.663552. diuidendum per 8. igitur vasis cōtinentia fuit vrcei 6. p̄. ℞.18. p̄. ℞.℞.648. p̄. ℞.℞.162. & secundum propinquitatem 18 $\frac{427}{500}$.

37 Quod si dicat q̄stio q̄ biberat tm̄ ter & remāsit medietas nō ē facilior sed difficilior pone igitur vt prius q̄ vasis cōtinētia sit 2. cuius dimidiū ē 1, quare ex quadragesimosecūdo capitulo regula 62. erit primus terminus 1. secūdus ℞.cu.2. tertius ℞.cu.4. quartus 2. vt vides, & qa in cōtinue ꝓportionalibus terminis ꝓportio quarti ad secundū est veluti differētie quarti ad tertiū ad differendam

Primus	Secūdus	Tertius	Quartus
1	℞.cu.2.	℞.cu.4.	2.

scdi ad primū ducemus 3. differētiā q̄rti ad tertiū in ℞.cu.2. & fiet ℞.cu.54. q̄ diuidemus p 2. exibit ℞.cu.6 $\frac{3}{4}$. & tāta ē dr̄ia inter scd̄m & primū terminū. & similiter qa ꝓportio quarti ad tertiū est veluti excessus quarti supra tertiū ad excessum tertii supra secundū ducemus 3. excessum quarti supra tertiū. in ℞.cu.4. & fiet ℞.cu.108 quā diuidemus p 2. & exibit ℞.cu.13 $\frac{1}{2}$. igitur differētie tres sunt 3. & ℞.cu.13 $\frac{1}{2}$ & ℞.cu.6 $\frac{3}{4}$. & qa he differentie sunt excessus quarti termini supra primū. & qa quartus terminus est duplus primo exposito. erit differentia predicta dimidium cotitinendo vasis igitur vas cōtinebit duplū differēdo q̄ est vrcei 6. p̄. ℞.cu.108. p̄. ℞.cu.54. poterat & aliter solui sed longe difficilius vt expiēti patet

38 Inuedias numerũ quadratũ cui additus 6.& dimidutus faciat quadratũ. Quere in cõgruentibus an sit aliquis numerus q p 6.diuisus sit quadratus ꝙ si nõ inueneris q̃stio ẽ impossibilis.si inueniaẽ vt 24.q diuisus p 6. pducit 4.quadratũ de 2.q̃reigiẽ tunc coogruũ de 24.& est 25.diuide p exiẽs ꝙ fuit 4.exit 6 $\frac{1}{4}$.q̃situs.ẽ enim quadratus de 2 $\frac{1}{2}$.& additis 6.fit 12 $\frac{1}{4}$.quadratus de 3 $\frac{1}{2}$. & detractis 6.remanent $\frac{1}{4}$ quadratum de $\frac{1}{2}$.

39 Inuenias numerũ quadratũ a quo detractis 4. radicibus remaneat quadratus. Inuenias ex quadragesimosecundo capitulo numerũ cõgruentẽ qnẽ vis. puta 24.quem diuide p 4.numerũ radicũ detraendarum ppositũ.exit 6.p hunc diuide cõgruẽtẽ de 24.estq̃ 25.exit 4 $\frac{1}{8}$.hũc q̃dra fit 17 $\frac{1}{64}$.& hic ẽ numerus ppositus.ẽ enim quadratus & ab eo detractis 4. radicibus remanent $\frac{25}{64}$ & hic est quadratus de $\frac{5}{8}$, vt propositum fuit.

40 Inuenias numerũ cui additus 8.& detractus 8. maneat q̃dratus.duc 8.in se fit 64.adde 4. p regula idest semp fit 68.diuide p 4.semp exit 17.numerus q̃situs nã additis 8.fit 25.quadratus de 5.& demptis 8.remanet 9.quadratus de 3.& similiter si dixisset additis 3.& ablatis remaneat quadratus.nuc 3.in se fit 9.adde 4.fit 13. diuide per 4.exit 3 $\frac{1}{4}$.numerus quesitus.nam addito 3.fit 6 $\frac{1}{4}$.& diminuto fit $\frac{1}{4}$.

41 Inuenias numerũ cui additus 10.fiat quadratus.& diminutis 7.fiat quadratus.iunge 10.& 7.fit 17.adde 1.p regula fit 18.dimidiũ cape ꝙ est 9.duc in se fit 81.detrae 10 iũgendũ remanẽt 71.& hic ẽ q̃situs numerus nã additis 10.fit.81.quadratũ.& diminutis 7. fit 64. q̃dratũ.

42 Inuenias duos numeros quorũ quadrata iũcta faciant quadratũ capies quadratũ imparẽ veluti 25, a quo aufer vnitatem,& residui accipe dimidium qnod est 12.& hic numerus cum R̷c.25,& est 5.est vt propoditur,&

si assumpsissem 9. dimidium esset 4. & ℞. 3. quorum quadrata iuncta sunt 25. quadratum de 5.

43 Inuenias duos numeros quorũ quadrata iũcta sint 25. & nõ sint 4. & 3. quere ex pcedẽte duos numeros, quorũ quadrata iuncta sint quadratũ, & sint gratia Exẽpli 8. & 15. duc ambos in ℞. 25. & est 5. fiunt 40. & 75. diuide per ℞. agregati quadratorum 15. & 8. & est 17. exit $2\frac{6}{17}$ & $4\frac{7}{17}$. horum igitur quadrata iuncta fatiunt 25.

44 Inuenias duos numeros quorũ quadrata iuncta fatiãt 13. & nõ sint 2. & 3. hec differt a pcedẽte qm̃ 25. erat quadratus. & 13. nõ ẽ quadratus. ideo soluit aliter quã pcedẽs. inuenias igit duos numeros p quadragesimãquartã qstionẽ quorũ quadrata iũcta fanãt quadratum. & sint 4. & 3. quorũ quadrata iũcta sunt 25. quadratũ de 5. dispone igit hos duos cũ duobus primus. vt vides. multiplicãdo duos primos inuicẽ. & duos secundos. 2. in 3. facit 6. & 3. in 4. facit 12. subtrae vnũ ab alio remanẽt 6. Et similiter mulniplica eos in crucẽ. & fiũt vt vides 8. & 9. quos iũge simul fiũt 17. habes igitur duos numeros 6. puenientẽ ex detractione, multiplicationis directe. & 17. ex agregatione multiplicationis in cruce. quorũ vtrũq seorsum diuides p 5. radicẽ agregati quadrarorũ de 4. & 3. & exibit $1\frac{1}{5}$. & $3\frac{2}{5}$. & hi sunt numeri quesiti nam quadrarum. de $1\frac{1}{5}$ est $\frac{36}{25}$. & quadratum de $3\frac{2}{5}$ est $\frac{289}{25}$ qne iũcta fatiũt $\frac{325}{25}$. q est 13. vt ppositum ẽ. & he 7. questiones sunt Leonardi Pisaurensis viriclari.

2—3—6
3—4—12
6

2 3—9
X
3 4—8

45 Dixit vitruuius libro nono Hieronẽ siracusanorũ tirãnum, vouisse coronã deo quã ingẽti mole ex puro auro & diligẽtissimo artifitio fabricãdã aurifici locauit, eamq factã deo obtulit, cumq iã obtulisset intellexit p auro magna ex parte argẽtũ esse suppositũ, indignatus cu

rā archimedi mādat vt nō soluta corona neq; enim tū ob artificiū, tum ob dedicationē licebat, curaret cognoscere quātum argēn loco auri aurifex iniunxisset: cumq; multos iā dies frustra archimedes hoc q̄reret: casu euenit vt in balneum intrāti hoc intelligeret. nā tm̄ excutiebatur aque a labris balnei, quāta fuit moles corporis archimedis. vnde nudus e balneo exultās domū reuertebatur nescio an ob amorē veritatis potius laudandus quā ob importunā & impudicā nuditatē vituperādus. igit̄ cū duas spheras pōderis corone alterā ex auro, alterā ex argēto fabricasset vtraq; imposita vasi a labris aqua pleno pōdus aque examinauit. demū etiā impleto vase coronaq; imposita intellexit quantum argenti atq; auri haberet.

Sit igitur exempli gratia corona pōderis librarum 120. Aurea pila librarū 120, argētea etiā totidē. videlicet librarū 120. & ponamus gratia exēpli ꝙ ex eodē vase pleno aqua imposita aurea pila excutiātur libre 40. imposita corona excutiātur aque libre 47, imposito argento excutiātur libre 60. volo scire quātum argēti cōtinet corona diuide 40. per 120, exit $\frac{1}{3}$. & similiter diuide 60, per 120. exit $\frac{1}{2}$. deinde depone ꝙ fuerit in corona 1 co. argēti igitur erit residuū auri idē libre 120.

Aurum	40	$\frac{1}{3}$	120, m̄, 1 co.	
Corona 120	47		40. m̄, $\frac{1}{3}$ co.	
Argentū	60	$\frac{1}{2}$	1 co.	
			$\frac{1}{2}$ co.	

m̄. 1 co. multiplica 1 co. in $\frac{1}{2}$ fit $\frac{1}{2}$ co. multiplica libras 120 m̄, 1 co. in $\frac{1}{3}$ fiunt libre 40. m̄. $\frac{1}{3}$ co. iunge simul fiunt libre 40. m̄, $\frac{1}{3}$ co. p̄. $\frac{1}{2}$ co. ꝗ ē libre 40. p̄. $\frac{1}{6}$ co. & hoc equat̄ liq 47. videlicet aque corone. igit̄ subtra 40. ex 47. remanebunt libre 7, æquales $\frac{1}{6}$ co. igitur 1 co. valebit 42. & ꝗa positū fuit ꝙ ad esset 1 co, argēti igit̄ faber suppo

fuit argēti libras 42. & tātumdē auri subripuit, & reliquum fuit aurū videlicet libre 78. cuius ꝓbatio est nā ꝓ omnibus 3. libris auri, excludit̃ lib 1. aque, igit̃ ꝓ 78. libris auri excludūtur libre 26. q̄ ē tertia pars, & ꝓ omnibus duabus libris argēti, excludit̃ libra aque, igitur ꝓ 42. libris argēti excludūtur libre 21. aque. que iūcte ad 26. fatiūt 47. cū igit̃ tantūdem excludat̃ corona, sequitur vt corona cōtineat lib 78. auri. & 42. argēti. & ita in omnibus casibus inuenies hoc mō veritatē. pōt etiā fieri p positionē falsam sed nō tā faciliter. possumus etiā facere hoc accipiēdo spheras auri & argēti longe minores ipsa corona. non enim ē neccessarium eas accipere æquales corone sed bene inter se exēplum sit corona librarū 100. facio duas spherulas alterā argēteā alteram aureā ponderis vntiarū vt pote 36. & ponamus q̄ ab aurea excludant̃ vntie 10. & ab argētea 13. aque & a corona lib. 32. diuidemus igitur vt prius 10. per 36. & exit $\frac{10}{36}$ & similiter 13. per 36. exit $\frac{13}{36}$. & pono quod fuerit 1 co. argenti in corona, igit̃ aurū fuit libre 100. m̄. 1 co. multiplico 1 co. in $\frac{13}{36}$ fit $\frac{13}{36}$ co. multiplico 100. m̄. 1 co. in $\frac{10}{36}$ fit $27\frac{7}{9}$ m̄. $\frac{10}{36}$ co. iungo fiunt $27\frac{7}{9}$ p̄. $\frac{1}{12}$. & hoc æquat̃ 32. igit̃ libre $4\frac{2}{9}$ æquātur $\frac{1}{12}$ co. igitur res valet libras $50\frac{2}{3}$ q̄ est vntie 8. & tm̄ in ē argēti aurī aūt est residuū, videlicet lib. 49. vn̄z. 4. & ita semꝑ poteris scire in torquibus & anulis quātum auri sit defraudatum.

Aurum 36.	vn̄z. 10 $\frac{10}{36}$	lib. 100.
Corona 100 lib	32	m̄. 1 co.
Argentū 36	vn̄z. 13 $\frac{13}{36}$	1 co.
	1 co	100. m̄. 1 co.
	$\frac{13}{36}$	$\frac{10}{36}$
	$\frac{13}{36}$ co.	$27\frac{7}{9}$ m̄. $\frac{10}{36}$ co.

46 Quidā fundit aurū pfectionis ꝺ̃ 20. pōderis vn̄z. 10. & aurū aliud pfectionis ꝺ̃ 21. & aliud pfectionis ꝺ̃ 16. & facta fuit massa vntiarum 80. pfectionis ꝺ̃ 18. queritur quantum fuit aurum perfectionis ꝺ̃ 16. & ꝺ̃ 21.

Nota q̃ in similibus debes detraere aurũ cognitum ex cognito, videlicet vntias 10. pfectionis d̃ 20. ex vñz. 80. pfectionis d̃ 18. & remanebũt vñz. 70. perfectionis d̃ $17\frac{5}{7}$ in duas partes vna sit pfectionis d̃ 21 alia 16. & erit vna pars 1 co. alia 70. m̃. 1 co, multiplica In suas pfectiones vt vides fiũt partes 21 co. d̃. & 1120. d̃ m̃. 16 co. d̃. iunge fiunt 1120. d̃. p̃. 5 co. d̃ æqualia 70. ductis in suã pfectionem. que fuit d̃. $17\frac{5}{7}$ & fient 1240. d̃. æquales 1120. d̃. p̃. 5 co. d̃. igitur detraendo remanebunt 120. d̃. æqualia 5 co. d̃. igitur 1 co. d̃. valet 24. d̃. igitur 1 co. vñz. valuit 24. vñz. & nos posuimus 1 co. vñz. esse perfectionis 21. d̃. igitur fuerunt vñz. 24. perfectionis d̃. 21. & vñz. 46 q̃ est residuũ de 70. perfectionis d̃. 16. & ita soluta est.

10 ———— 0

70

20. 4 | 18. 6
200 40 | 1440 480
 | 200 40
1240 | 1240 440
440
1680 | 10560 / 1680 | $6\frac{2}{7}$
440
24 | 24
10560 | $6\frac{2}{7}$
 | $17\frac{5}{7}$ 70

1 co. | 70. m̃. 1 co.
21 d̃ | 16 d̃
21 co. d̃ | 1120 d̃. m̃. 16 co. d̃.
70 | 21 co. d̃.
$17\frac{5}{7}$ d̃ | 1120. d̃. p̃. 5 co. d̃.
1240 d̃ | 1240.
1 co. vñz. | 120. d̃. æq̃lia 5 co. d̃.
Valet 24. vñz | $\frac{5}{24}$ d̃ valor 1 co. d̃.

Vel aliter & longe breuius & facilius per modum secũde regule 41. capituli subtrae vnam perfectionem ex altera & ex parte 21. remanent $1\frac{5}{7}$ & ex parte 16. remanebit $3\frac{2}{7}$. iunge simul fiunt 5. dic igitur per regulam 3. si 5. producit 70. quid producẽt $1\frac{5}{7}$ & $3\frac{2}{7}$. & inuenies quod

$1\frac{5}{7}$ producet 24. & $3\frac{2}{7}$ producet 46. vt prius.

Perfectio   Perfectio

21   70   16

$1\frac{5}{7}$ $17\frac{5}{7}$ $3\frac{2}{7}$

$3\ \frac{2}{7}$

$1\ \frac{5}{7}$

5

47 Floreni 10. valēt Scutos 6. & lib. 1. duo inierūt societatē primus posuit Florenos 200. & secūdus Scutos 100. cōtingit primo lucrū Florenorū 24. plusquā secūdo perfecta societate. queruntur valor Scuti & Floreni ac lucrum.

.5.   70 $1\frac{5}{7}$.120.24. $3\frac{2}{7}$.230.46.

Pōe q̄ Florenus valeat lib. 3. asses 2. igit̄ Floreni 10. valēt lib. 31. & aueri 6. exposito valēt lib. 1. m̄. igit̄ valēt libras 30. igitur scutū valet lib. 5. igit̄ Floreni 200. valent lib. 620. & aurei 100 valent libras 500. lucrū plus erit lib. 74. asses 8. Adde igitur ad libras 74. asses 8.

Aurei 100. Floreni 200.

lib. 500.   lib. 620.

lib. 74. ß. 8.

500.   1 co. 620. $74\frac{2}{5}$ p̄. 1 co.

620

1 co.

620 co.

500

$1\frac{6}{25}$ co.   æq̄lia $74\frac{2}{5}$ p̄. 1 co

$\frac{6}{25}$ co. æquant̄ $74\frac{2}{5}$

6 co. æquant̄ 1860.

6

Valor rei.   lib. 310

quantitatē q̄ se habeat ad 500. libras veluti eadē quātitas se habet cū lib. 74. assibus 8. ad libras 620. multiplica per viam de la co. ficut lucrum totum libre 694. asses 8. quarū primo cōtingent libre 384. secūdo libre 310.

48 Duo posuerunt primus 300. cum psona. secundus 200. tantū & primo debebat̄ $\frac{2}{3}$ lucri. secundo vero $\frac{1}{3}$. venit tertius & posuit 400. & psonā cessante primo a psona. querunt̄ partes. fac sic primus habuit duplum secundo igit̄ posuit duplū, sed secundus posuit 200. igit̄ primus posuit 400. & ga posuit 300. in peccunia tantum igitur psona

psona valuit supplemētum, de 400. & ē 100. in secunda igitur sotietate primus posuit 300. secundus 200, tertius 400. & psonā q̄ valet 100. iunge fiunt 1000, dic igitur si 1000. capitale pro ducit lucrū puta 10. qd eueniet primo secūdo & tertio & euenient primo $\frac{3}{10}$ secundo $\frac{1}{5}$. tertio $\frac{1}{2}$, nam tales partes sunt 300. 200. & 500, ne 1000.

Primus	Secundus	Tertius
300	200	400. & psonā

Hec rō ita comuniter soluit & ē in vsu. verū nō ē totaliter vera nā psona nō debet æqualiter æstimari in modica & magna summa nā in magna summa plus laboris, plus diligētie, plus impense plus etiā periculi semper requirtur, pōt igit hec solui hoc mō. In prima cōuētiōe debebant primo $\frac{2}{3}$ secundo $\frac{1}{3}$ igit primus posuit 400. & secundus 200. & qa primus posuit 300. in peccunia igit psona æstimat 100. iunge omnia fiunt 600. igit psona ē $\frac{1}{6}$ sotietatis. & similiter in secunda sotietate erit $\frac{1}{6}$ sotietatis. siue $\frac{1}{5}$ peccuniarū positarū: peccunie posite fuerūt 900. igit psona debet extimari 180, adde ad 900. fiunt 1080. igit primo nebebunt $\frac{5}{18}$. secundo $\frac{5}{27}$. tertio $\frac{29}{54}$. q̄stio igit debet solui secūdo modo aliter esset & falsissima & iniustissima.

300	200	580
	1080	

49 Duo ineunt sotietatē ita vt primo debeat $\frac{1}{2}$ p̄. 5. & secūdo $\frac{2}{3}$ p̄. 7 & lucrati sunt 100. q̄runtur partes iūge $\frac{1}{2}$ & $\frac{2}{3}$ fiūt $\frac{7}{6}$. iūge 7. & 5. fiunt 12. detrae 12. a 100, remanēt 88. dic igit si $\frac{7}{6}$ dat 88. qd dabūt $\frac{1}{2}$ & $\frac{2}{3}$. & inuenies q̄ primo debebunt ex illis 88. 37 $\frac{5}{7}$. & secūdo 50 $\frac{2}{7}$. adde primo. 5 & secūdo. 7 eueniēt primo 42 $\frac{5}{7}$. secundo aūt 57 $\frac{2}{7}$. & similiter faties si diceret primo debetur $\frac{1}{2}$ p̄. 5. & secundo $\frac{1}{3}$ p̄. 7. nam detractis 12. ex 100. remanent 88. iunge $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{3}$ fiunt $\frac{5}{6}$. diuide 88. per 5. exit 17 $\frac{3}{5}$ igit primo eueniēt

additis 5. in totũ 40 $\frac{1}{3}$. & secũdo in totũ 7. additis, 59 $\frac{2}{3}$.

50 Si aũt dicat posuit vnus nostrum $\frac{1}{2}$ p̃.5. & alius $\frac{1}{3}$ p̃.7. & lucratissumus 100. q̃ erit pars vnius cuiusqꝫ nostrũ. tũc adde denominatores $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{3}$ fiunt 5. adde 1 pro regula fiunt 6. multiplica in 12. qꝫ ẽ cõiũctũ 5. & 7. fiunt 72. cape huius $\frac{1}{2}$ p̃.5, & ẽ 41. & $\frac{1}{3}$ p̃.7. fit 31. q iũcti faciũt 72. deinde dic si 72. ꝑducit 41. & 31. qd ꝑducet 100. p regulam triũ operare & inuenies qꝫ primus habebit 56 $\frac{17}{18}$. & secundus 43 $\frac{1}{18}$. vnde differẽtia a primo est fere 3. ideo animaduerte modũ ꝑponẽdi in hac enim & quinquagesima secunda questione, omnes arithmetici nutant. & nota quod hec opinio probatur per la co.

51 Duo posuerũt in sotietatẽ primus Ducatos 120. secundus 240. & primus detraxit ex societate inter tempus & peccunias ducatos 240. secundus autem ducatos 180. queritur residuum quomodo debeat diuidi, & hec questio accidit in effectu.

Nota qꝫ aliqui stolidi arithmetici ita soluũt multiplicãdo vt vides in crucem primo eueniunt 21600. secundo autem 57600. &

120	240	57600
	X	
240	180	.21600

ita primo $\frac{3}{11}$ secundo $\frac{8}{11}$. totius summe. & hic modus ẽ maximi erroris. ita vt posset adducere errorẽ 1000. aureorũ. & hoc accidit ex temeritate eorũ q audẽt impossibiles questiones dissoluere. Vnde dico & bene nota qꝫ si non addatur lucrũ factum aut illud qꝫ remanet diuidendũ nunq̃ poterit bene solui nec p co. nec p aliã viã Ponamus igit͛ qꝫ luctum remanẽs diuidẽdũ sit aurei 500. iunge omnia simul vt vides videlicet capitalia per se & sunt 360. & lucra per se. & sunt 920. deinde dic si 360. lucratur 920. qd lucrabit͛ 120. & 240. &

Primus	120	240
Secundus	240	180
	360	500
		920

inuenies q̄ primo cōtingent 306 $\frac{2}{3}$ & secūdo 613 $\frac{1}{3}$. quare cū primus iā abstulerit 240. remanebūt ei dandi 66 $\frac{2}{3}$. secundus aūt cū habuerit 180. remanebunt ei dādi 433 $\frac{1}{3}$. & ita vides q̄ secundo longe plus debet̃ respectu primi quā in prima cōputatione, videlicet plus $\frac{8}{11}$ respectu $\frac{3}{11}$. Si vero ponat̃ lucrū ignotū respectu capitalis sic facies ponēdo vt prius 1 co, loco 100. aureorū, iunge fiet capitale 360. & lucrū 420. p̄. 1 co. igit̃ primus posuit $\frac{1}{3}$. & secūdus $\frac{2}{3}$. quare dabis primo $\frac{1}{3}$ de 420. p̄. 1 co. & erit 140. p̄. $\frac{1}{3}$ co. & secundo $\frac{2}{3}$ & erit 280. p̄. $\frac{2}{3}$ co. quare cū primus subtraxerit iā 240. & secundus 180. remanebunt primo $\frac{1}{3}$ co. m̄. 100. & secūdo $\frac{2}{3}$ co. p̄. 100. q̄re habebis idē. nā si lucrū fuit 500. ducatorū. cape $\frac{1}{3}$ & est 166 $\frac{2}{3}$. subtrae 100. remanent 66 $\frac{2}{3}$. & similiter secūdo dabis $\frac{2}{3}$ co. igitur $\frac{2}{3}$ de 500. & ē 333 $\frac{1}{3}$. adde 100. fient 433 $\frac{1}{3}$. vt prius non tñ p̄t solutio hoc mō distingui nisi cognito lucro vt prius.

Primus	120	240
Secundus	240	180
		1 co.
	360	420 p̄. 1 co
Primo		140 p̄. $\frac{1}{3}$ co.
Secundo		280 p̄. $\frac{2}{3}$ co.
Primo		$\frac{1}{3}$ co. m̄. 100.
Secundo		$\frac{2}{3}$ co. p̄. 100.

52 Quidā dedit libras 100. ad caput anni ad 10. p̄ 100. pro 6. mēsibus q̄rit̃ quātū debet recipere in dictis 6. mensibus. animaduerte q̄ Frater Lucas posuit duos modos soluendi hanc q̄stionē. vnū mercantilē in dis. nona. t. qrto. c. primo. aliū aūt verū & ex algebra in capitulo tertio q̄stione decimasexta & cū essent ambo neccessarii deffecit tantum in hoc q̄ nō distinxit inter vtrosq̄. veritas enim ē in mō algebre. sed facilitas fuit neccessaria pro mercatoribus nescientibus algebra. ego aūt soluā ipsam vtroq̄ modo vt simul intelligas differentiam operandi

& etiam solutionis.primum autem modum declaraui in capitulo quinquagesimoseptimo,copiose secundum autem in eodem capitulo questione que est in fine.

Pro primo mō soluit' sic ꝓmerere 100.pro anno vno & mēsibus 6.deffitiētibus ad 10.ꝑ 100.fiūt 115 $\frac{1}{2}$. nuc 110. ꝙ ē meritū cū capitali primi anni in se fit 12100. diuide per 115 $\frac{1}{2}$.exit 104 $\frac{16}{21}$.& hic est prouentus mercantilis.

Pro secundo mō pone ꝙ in primis 6.mensibus lucretur 1 co.igit' habebit 100.p̄.1 co.& quia in aliis sex mēsibus haberet 110.ad 10.ꝑ 100.in anno igitur 100.& 100.p̄.1 co.& 110.sunt continue ꝓportionalia.duc igitur 100.in 110.fit 1100.& hoc æquat' quadrato de 100.p̄.1 co.igit' ℞.1100.ē æqualis 100.p̄.1 co.veniamus ad ꝓpinquum ℞.1100.ē 104 $\frac{22}{25}$.differt autem hic prouentus a mercantili qui fuit 104 $\frac{16}{21}$.in $\frac{62}{525}$.quibus creditor fraudaretur. In prima ratione.nam deberet recipere 104 $\frac{22}{25}$.& non recipit nisi 104 $\frac{16}{21}$.differentia est solidi 2.nummi 4 $\frac{12}{35}$. pro omnibus 100.libris capitalis & in libris 10000.aurei duo quasi.quare aduerte.

53 Quidā accepit a iudeo lib̄.20.ad caput anni ad 40.pro 100.& in capite 21.mensium adiuit hebreum vt reciperet pignus qui voluit lib̄.40.queritur an deceperit & quantum plus recepit debito couentionis.

Talis autē additio est q̄m habes 3 co.p̄.in secunda parte & 3 co.m̄.in reliq̄s duabus igit̄ remanet solus numerus & q̄a ℞.V.inferior p p̄.est quarta pars secūdū omnes partes ℞.V.superioris q̄ ē m̄.igit̄ inferior ℞.V.ē dimidiū supioris igit̄ detracta a supiore remanebit ipsa ℞.inferior p̄cise p m̄.igitur hēs 42.m̄.℞.V.196.m̄.3 ce.m̄.28 co.æqualia 36.igit̄.6.æquant̄ ℞.V.196.m̄.3 ce.m̄.28 co.igit̄ quadrando fient 36.æqualia 196.m̄.28 co.m̄.3 ce.igit̄ 160.æquant̄ 28 co.p̄.3 ce.igit̄ 1 ce.p̄.9 $\frac{1}{3}$ co.æquãtur 53 $\frac{1}{3}$ quare res valet ℞.75 $\frac{1}{9}$ m̄.4 $\frac{2}{3}$ ℞.autē 75 $\frac{1}{9}$ ē 8 $\frac{2}{3}$ igitur detractis 4 $\frac{2}{3}$ ex 8 $\frac{2}{3}$ remanent 4.& hic est valor secūde quãtitatis vnde p centesimãdecimãsextã regulã quadragesimisecundi capituli habebis reliquas partes.

79 Diuide 14.in 3.partes cõtinue ꝓportionales ita q̄ prima ducta p 2.secūda p 3.iunctæq; he multiplicationes æquent̄ tertie multiplicate in 7.pone q̄ secunda sit 2 co.erit residuū 14.m̄.2 co.diuide 14.m̄.2.co.fit 7.m̄.1 co.quadra fit 49.m̄.14 co.p̄.1 ce.detrae quadratū partis medie & est 4 ce.remanebit 49.m̄.14 co.m̄.3 ce.huius ℞.Vniuersalis addita & detracta a 7.m̄.1 co.facit partes quæsitas sequere propositum multiplicando.

Prima Secunda.

7.m̄.1 co.p̄.℞.V.49.m̄.14 co.m̄.3 ce. 2 co.

2 3

14.m̄.2 co.p̄ ℞.V.196.m̄.56 co.m̄.12 ce. 6 co.

Tertia.7.m̄.1 co.m̄.℞.V.49.m̄.14 co.m̄ 3 ce.

7

49.m̄.7 co.m̄.℞.V.2401.m̄.686 co.m̄.147 ce.

iunge primã & secundã & detrae tertiã vt vides & ex parte numeri & co.clara est detractio ex parte autē ℞.V.vides q̄ sunt eedē sed vna fuit multiplicata p 2.alia p 7.& q̄a vna ē p̄.alia m̄.iungi debent hoc mõ quadra

Prima & Secũ.| 14.p̃.4 co.p̃.℞.V.196.m̃.56 co.m̃.12 ce.
Tertia 49.m̃.7 co.m̃.℞.V.2401.m̃.686 co.m̃.147 ce.
Prima & Secũ.| 11 co.p̃.℞.V.3969.m̃.1134 co.m̃.243 ce.
Tertia | 35.

1225.p̃.121 ce.m̃.770 co.
3969.m̃.243 ce.m̃.1134.

2744.æqualia 364 ce.p̃.364 co.

7.fit 49.iunge 7.& 2.fiunt 9.quadra 9.fit 81.deinde dic p regulam 3.si 49.fit 81.qd fiet ℞.V.2401.m̃.686 co.m̃. 147 ce.multiplica p 81.& fit ℞.V.194481.m̃.55566 co. m̃.11907 ce.diuide p 49.& exit ℞.V.3969.m̃.1134 co.m̃ 243 ce.& hoc est cõiunctũ ex illis radicibus vniuersali- bus.vel aliter vt facit Frater Lucas multiplica omnia p suos numeros deinde p ℞.V.qa vna ẽ p̃.q̃ multiplica tur per 2.alia m̃.q̃ multiplicat p 7.ideo sufficiet illam q̃ ẽ m̃.multiplicare p 9.nã addito 2.& 7.fiũt 9.quadra igi tur 9.fit 81.duc in ℞.V.49.m̃.14 co.m̃.3 ce.fit 3969.m̃ 1134 co.vt prius & ẽ leuior modus m̃.243 ce. hoc igit̃ æq̃tur cũ 35.m̃.11 co.quadra vtranq; parte & fit 1225.p̃.121 ce. m̃.770 co.æqualia quadrato ℞.V.& ẽ 3969.m̃.1134 co. m̃.243 ce.detrae vnũ ex alio vt vides in Figura & reduc ad 1 ce.fiet 1 ce.p̃.1 co.æqualia $7\frac{7}{13}$ sequere capitulum (necro) fiet valor rei ℞.L.$7\frac{41}{52}$ m̃.$\frac{1}{2}$ & qa posuimus secũ dã quãtitatẽ 2 co.erit secũda quãtitas ℞.L.$31\frac{2}{13}$ m̃.1.ha bita secunda quãtitate habebis p centesimã regulã qua dragesimisecundi capituli reliquas nec credas aliquam q̃stionẽ in Fratre Luca huic eẽ similẽ licet videat̃ 7.q. trac.6.d.sexta huic similis multum,tamen illa leuior est quia non operatur per regulam hanc 3.a me inuentam in similibus casibus sed ipse presupponit numeros mul- tiplicatores prime & tertie partis esse æquales.

80 Diuide 14.in 3.partes continue ꝓportionales ita ꝙ qua drata prima

drata prime & secunde æquent' quadrato tertie diuide 14 secundũ ꝓportionẽ habẽtẽ mediũ & duo extrema p secundã regulã quadragesimiquarti capituli & fient partes ℞.245.m̃.7.& 21.m̃.℞.245.multiplica vnam in aliã & fiñt p regulã p̃cedẽtis q̃stionis ℞.192080.m̃.392. igitur ℞.V.℞.192080.m̃.392. est quantitas secunda & quadratum huius cum quadrato minoris partis æquabuntur quadrato maioris p regulã trigesimam secundã q̃nquagesimiprimi capituli quadra vnãquãq; vt vides

Deinde iunges quadratũ prime & secunde p regulam p̃cedẽtis capituli & fiet 294.m̃.℞.48020. habes igitur q̃sitũ sed he partes iuncte nõ sunt 14. sed 14. p̃.℞.192080.m̃. 392.q; ẽ dicef ℞.192080. m̃.378.dic igitur per regulam 3. si ℞.192080.m̃.

Prima minor.
Par. 21.m̃.℞.245.
Quadr.686.m̃.℞.432180.
Secunda media.
℞.V.℞.192080.m̃.392.
Quadr.℞.192080.m̃.392.
Tertia maior.
℞.245.m̃.7.
Quadr.294.m̃ ℞.48020.

378.foret 14.quid esset ℞.245.m̃.7.& ℞.192080.m̃.392 & 21.m̃.℞.245.multiplica omnia p 14. & diuide p ℞. 192080.m̃.378.p regulã tertiam vigesimiprimi capituli & ꝓdeuntia erunt partes q̃site & p hanc sciñtur latera trigoni ortogonii cuius tria latera sunt cõnue ꝓportionalia nã erunt in ꝓportione triũ quãtitatũ innẽtarum.

81 Quidã locauit domũ ad 5.annos ꝓ lib.200.singulo anno locator vult oẽs peccunias in initio locationis ille qui vult eas exbursare vult dare ad 10.pro 100.quæritur quot peccunias debet exbursare Quia res procedit pro 100.pone q; exburset 100 co.igit' in fine primi anni habebit 100 co.p̃.10 co.quia lucrat' ad 10.ꝓ 100.dico igit' q; ꝓmereri debes 100 co.In 5.annis cũ 6.terminis vt vi

des & huius accipe vltimũ terminũ qui ẽ 161 $\frac{141}{1000}$ co. itẽ ꝑmetere lib. 200. ad caput anni in 4. annis vno videlicet minus & 105. terminis vt vides ad 10. ꝑ 100. & fient vt, vides deinde iunge

100 co.	lib. 200
110 co.	lib. 220
121 co.	lib. 242
133 $\frac{1}{10}$ co.	lib. 266 $\frac{1}{5}$
146 $\frac{41}{100}$ co.	lib. 292 $\frac{41}{50}$
161 $\frac{141}{1000}$	lib. 1221 $\frac{1}{50}$

omnes terminos & fiẽt lib. 1221 $\frac{1}{50}$ reduc omnia ad integra & hoc multiplicãdo p 1000, fient 161141 co. æquales lib. 1221020. & quia in ĩoitio posuisti 100 co. multiplica p numerũ lib. ipsum 100. & fient 122102000. lib. æquales 161141 co. diuide lib. p co. exit lib. 757 $\frac{118263}{161141}$ ꝓba & inuenies. quidã volũt facere redditũ peccuniarũ simplicẽ sed nõ intelligunt quia lib. 200. excedũt libras redditus peccunie mutuate Et ideo euenit postmodum res absurda. si tñ velis hoc facere fier ꝑcise codẽ modo nisi ꝙ le co. promerentur simpliciter & fiunt in 5. annis 150 co. deinde diuide lib. 1221 $\frac{1}{50}$ multiplicatũ p 100. & fiunt 122102. pet 150. & exit numerus peccunie, sed vt dixi in probatione oporter te multum esse cautum propter absurditatem aut enim faciliter errares aut solutio tibi videretur falsa cum tamen esset veta.

Frater Lucas in cõsimili grauiter errat vt solet in tractatu de domorũ appẽsionibus dicit enim ꝙ in 5. annis ad 10. ꝑ 100. posito ꝙ domus soluat lib. 10. ꝑ anno & excõsequẽti in 5. annis lib. 50. ꝙ deber exbursare lib. 33 $\frac{1}{3}$ videlicet $\frac{2}{3}$ totius ꝙ falsissimũ ẽ, nã ad caput anni haberet exbursare plusquã 37. libras & fere 38. & ad redditũ simplicẽ plusquã 40. libras quare patet errot proba tu met & inuenies ipsum conuictũ vltimis verbis & hic est error ad 8. pro 100. ad minus cogita modo in aliis.

In regula autẽ de mõ sic faties ꝑmerere 100. numerum semp ad caput anni si pactũ sit ad caput anni vel sim-

pliciter si sit simpliciter *in terminis* vno plus annis vt pote si sint anni 5. in 6. terminis & si sint anni 3. in quattuor terminis vt vides in exẽplo deinde in vtroq; casu ꝓmerere pensionẽ vnius anni ad modũ q̄ vī ad caput anni siue pri̇mũ meritũ sit ad caput anni siue simpliciter & hoc in tot terminis quot sunt anni deinde aggrega summã omniũ terminorũ & hãc summã multiplica p 100. semp & ꝓuẽtũ diuide p vltimũ terminũ numeri ꝓmeriti & q̄ exit sunt peccunie exbursande. Exẽplum quidã accepit agrũ a locatore 400. libratum ꝑsoluendarũ singulis annis cõputo, & p annis 5. ille vult peccunias oẽs in initio locationis ille vult dare ad rõnẽ librarũ 7. p anno vtilitatis ad caput anni q̄a vt res cõfusa aliter apparet ꝓmerere 100. ad 7. p 100. ad caput ãni in 6. terminis p quo nota hũc modũ ꝓmerere 100. p vno anno & fit 107. deinde multiplica 107. in se fit 11449. diuide per 100. exit 114 $\frac{49}{100}$ deinde multiplica 114 $\frac{49}{100}$ in se & fit 13107 $\frac{9601}{10000}$ hoc diuide p 107. exit quartus terminus 122 $\frac{539601}{1070000}$ diuide etiã idez productũ p 100. exit quintus terminus 131 $\frac{79601}{1000000}$ deinde multiplica quartũ terminum in se q̄ ẽ 122 $\frac{539601}{1070000}$ & producitur 15015 $\frac{953813239201}{1070000000000}$ diuide per 107. exit 140 $\frac{359538132392?1}{107000000000000}$ habes igitur 6. terminos & vltimus ẽ diuisor deinde quadrupla 5. primos terminos fiunt vt vides nã si 100. ꝓducit 107. & 114. & reliqua igit̃ 400. qui est redditus ꝓducit 428. & 457. & reliqua diuitẽdo vltimũ terminum

100
107
114 $\frac{49}{100}$
122 $\frac{539601}{1070000}$
131 $\frac{79601}{1000000}$
140 $\frac{359538132392?1}{107000000000000}$

400
428
457 $\frac{96}{100}$
490 $\frac{15404}{1070000}$
524 $\frac{318404}{1000000}$
2300 $\frac{31629625}{1070000000}$

ex illis 6. habebis quadruplãdo 5. primos terminos vt vi
desquinq; alios terminos in eadẽ ꝓportione quos iun-
ges vt vides & fiunt 2300 $\frac{31629625}{1070000000}$ hoc totum multi
plica in 100. quia assumpsisti 100. fit 230029 $\frac{509625}{1070000}$
hoc igitur diuide per 140 $\frac{35053513239201}{1700000000000000}$ exit 1638
$\frac{35153023570043581}{123007814814000000000}$ & tot libras dabit probata est.
82 Quidã emit croci lib.1. cinamomi lib.2. piperis lib.5. ꝑ
6. aureis & fuit pretiũ 1. lib. croci talis pars pretii 2. lib. ci
namomi qualis pars fuit ꝓtiũ lib.2. cinamomi, 5. lib. pi-
peris, eodẽ autẽ pretio emit croci lib.30. piperis lib. 40.
cinamomi lib.50. aureis 100. q̃ritur pretiũ vniuscuiusq;
scias q; licet Frater Lucas dicat q̃onem esse difficilẽ ac
vix inextricabilẽ nõ
est tñ difficilior fere
sua sed ipse nõ intel-
lexit radices arithme
tice nam cũ dicis q;
pretia 5.2.1. sunt con

Crocus	Cinamomũ	Piper	
1	2	5.	6
30	50	40.	100
30	25	8	100

tinue ꝓportionalia vbi diuiseris vnũquodq; ꝑ suum ge
nus vt vides erunt etiã respectu 5.2.1. pretia cõtinue ꝓ
portionalia & ideo nõ accidit alia difficultas nisi q; di-
uides libras 30. croci ꝑ lib.1. croci & libras 50. cinamo-
mi ꝑ lib. 2. cinamomi & lib.40. piperis ꝑ lib.5. piperis
exibũt igit' lib.30. croci liq. 25. cinamomi liq. 8. piperis. ẽ
igit' ac si diceres lib.1. croci lib.1. cinamomi lib.1. piperis
valẽt 6. ducatos & pretia sunt cõtinue ꝓportionalia q̃d
igit' si valebunt lib.30. croci & lib.25. cinamomi & lib.8
piperis eodẽ ꝓtio ducatos 150. quãtũ valebit crocus pi-
per & cinamomũ excepto q; quãdo pones valorem in
æquatione lib.1. croci memẽto q; erit lib.1. croci sed q̃ñ
pones valorẽ lib.1. cinamomi memẽto q; illud pretium
nõ erit 1. lib. cinamomi sed 2. & similiter cum inueneris
pretiũ 1. libre piperis memẽto q; tale pretiũ erit pretium

5.lib.piperis & non vnius tm̃ ideo cũ volueris scire ptiũ vnius lib.cinamomi diuides pretiũ inuẽtũ p 2.& cũ volueris scire ptiũ 1.lib.piperis diuide ptiũ inuẽtum p 5.soluamus igit' eã sic.potie φ secunda pars ꝓportionalis & ẽ pretiũ cinamomi sit 2.co.detrae 2 co.ex 6.pretio aureorum primo remanẽt 6.m̃.2 co. diuide fiunt 3.m̃.1 co. quadra fit 9.p̃.1 ce.m̃.6 co.detrae quadratũ secunde φ ẽ 4 ce.remanebit 9 m̃.3 ce.m̃.6 co.cuius radix addita & diminuta a dimidio ostendit partes fuit dimidiũ 3.m̃.1

Croc. — Cinamomũ

3.m̃1 co,m̃.R̷.V.9m̃,.3 ce.m̃.6 co. — 2 co.

30 — 25

90.m̃.30 co.m̃.R̷.V.8100.m̃.2700 ce.m̃.5400 co. — 50 co.

Piper

3.m̃.1 co.p̃.R̷.V.9.m̃.3 ce.m̃.6 co.

8

24.m̃.8 co.p̃.R̷.V.576.m̃.192 ce.m̃.384 co.

co.igit' vna pars erit 3.m̃.1 co.p̃.R̷.V.9.m̃.3 ce.m̃.6 co. alia 3.m̃.1 co.m̃.R̷.V.9.m̃.3 ce.m̃.6 co.multiplica vnumquodq; p id φ ꝓuenit ex diuisione videlicet ptiũ croci p 30.& cinamomi p 25.& piperis p 8.& in hoc animaduerte φ maior quãtitas ẽ multiplicanda p numerũ maiorẽ media p mediũ & minor p minorẽ si intẽdis augere pretiũ at hic econtra maior quãtitas ẽ multiplicanda p minorẽ numerũ & minor p maiorẽ nã minor est proportio 100.pretii secũdi ad 63.agregatum ex croco cinamomo & pipere in secũda emptione quã 6.pretii primi ad 3.agregatũ ponderum in prima emptione post deductionẽ & hoc bene nota secũda autẽ quãtitas semper manet suo loco & fient vt vides hoc facto iunge hec pretia & quia radix vniuersalis vna ẽ p̃. & est minor &

90.m̄.30 co.m̄.R.V.8100.m̄.2700 ce.m̄.5400 co.

50 co.

24.m̄.8 co.p̄.R.V.576.m̄.192 ce.m̄.384 co.

114.p.12 co.m.R.V.4356.m̄.1452 ce.m̄.2904 co.

alia m̄. & est maior ideo adiūgendo detraemus p̄. a m̄. & remanebit m̄. & q̄a vna fuit multiplicata p 30. alia p 8. ideo se habebūt in ꝓportione 30. ad 8. detrac igit̄ 8. a 30. remanet 22. igit̄ radices tales se habebūt in ꝓportione 30. ad 22. quare quadrata in ꝓportione quadratorū & sunt 900. & 484. multiplicabimus igit̄ R. vniuersalē q̄ est maior p 484. & fiet R.V.3920400.m̄.1306800 ce. m̄.2613600 co. hoc diuide p 900. exit R.V.4356.m̄.1452 ce.m̄.2904 co. & hec R. est m̄. & cū toto vt vides æquatur 100. numero supposito trāsfer R.V. p se & fiet detraendo numerū a numero 14.p̄.12 co. æqualia R. vniuersali 4356.m̄.1452 ce.m̄. 2904 co. quadra vtrāq; partem fient 196.p̄.336 co.p̄.144 ce. æqualia 4356.m̄.2904 co. m̄. 1452 ce. quare æquādo fient 4160. æqualia 3240 co. p̄. 1596 ce. igitur 2 $\frac{242}{399}$ æquātur 1 ce.p̄.2 $\frac{4}{133}$ co. sequere capitulū necro dami, fiet valor rei R.3 $\frac{4494602}{7057911}$ m̄.1 $\frac{2}{133}$ & quia secunda quantitas posita est 2 co. igitur valor medie quātitatis esset duplus ad hoc s₃ quia

196.p̄.336 co.p̄.144 ce.

4356.m̄.2904 co.m̄.1452 ce.

4160. æqualia 3240 co.p̄.1596 ce.

diximus q̄ valor 2 co. est valor cinamomi & cinamomū fuit lib̄.2. igit̄ valor 1. lib̄. cinamomi ē R.3 $\frac{4494602}{7057911}$ m̄.1 $\frac{2}{133}$ & valor lib̄.2. Erit duplū quo habito habebis reliqua p centesimādecimāsextā regulā dettaēdo duplū valoris idest R.14 $\frac{3862586}{7057911}$ m̄.2 $\frac{4}{133}$ ex 6. & remanet 8 $\frac{4}{133}$ m̄.R. $\frac{3862586}{7057911}$ diuide igitur hoc residuū in duas partes q̄ inuicē ducte ꝓducant quadratum R. supradicte idest

q̃ pducãt in numero 14 $\frac{3862556}{7037911}$. pba & inuenies & est pulcra questio.

87 Inuenias 3. numeros continue proportionales quotum agregatũ secũdi & tertii diuisum per primũ item agregatũ primi & tertii diuisum per secundum itẽ agregatum primi & secundi diuisum per tertiũ iũctaq; omnia faciãt 13 pone 1. primã quãtitatẽ & 1 co. secũdã & 1 ce. tertiam

Prima	Secuoda	Tertia
1	1 co.	1 ce.
	1	
	1 co.	1 ce.
1		1 ce.
1 co.		
$\frac{1}{co.}$		1 co.
1	1 co.	
1 ce.		
$\frac{1}{1\ ce}$	$\frac{1}{1\ co}$	

1 ce. p̃. 2 co. p̃. $\frac{2}{1\ co.}$ p̃. $\frac{1}{1\ ce.}$ | 13

1 ce.

1 ce. ce. p̃. 2. cu. p̃. 2 co. p̃. 1. | 13 ce.

3 ce. | 3 ce.

1 ce. ce. p̃. 2. cu. p̃. 3 ce. p̃. 2 co. p̃. 1. | 16 ce.

℞. | ℞.

1 ce. p̃. 1 co. p̃. 1. | 4 co.

Prima	Secuoda	Tertia
1	1 $\frac{1}{2}$ p̃. ℞. 1 $\frac{1}{4}$	3 $\frac{1}{2}$ p̃. ℞. 11 $\frac{1}{4}$

diuide secũdã & tertiã p primã exit 1 ce. p̃. 1 co. diuide 1 ce. p̃. 1. p 1 co. videlicet primã & tertiã p secundã exit 1 co. p̃. $\frac{1}{1\ co.}$ diuide et 1 co. p̃. 1 p 1 ce. exit $\frac{1}{1\ co}$ p̃. $\frac{1}{1\ ce.}$ iũge omnia fiũt 1 ce. p̃. 2 co. p̃. $\frac{2}{1\ co.}$ p̃. $\frac{1}{1\ ce.}$ æqualia 13. ex supposito multiplica oĩa p 1 ce. fit 1 ce. ce. p̃. 2. cu. p̃. 2 co p̃. 1. æq̃lia 13 ce. adde cõiter 3 ce. fiũt 1 ce. ce. p̃. 2. cu. p̃. 3 ce. p̃. 2 co. p̃. 1 æqualia 16 ce. accipe radicẽ vtriusq; partis & fiet 1 ce. p̃. 1 co. p̃. 1. vna alia vero 4 co. & erunt æqualia q̃ si nõ haberet ℞. 16 ce. nihil refert quia esset co. ℞. 16. vt patet p regulã oooam quioquagesimiprimi capituli sed posui 13. vt fierẽt 16 ce. qui habẽt radicẽ dis

cretã poteſt enim fieri in omni numero vt etiã ſequẽs auſer igitur æquando partes habebis 1 ce. p̃. 1 . æqualia 3 co. quare res valet per capitulum ℞. 1 $\frac{1}{4}$ p̃. 1 $\frac{1}{2}$ erunt igitur partes vt vides.

84 Inuenias 5. numeros cõtinue ꝓportionales quorũ quatuor agregatũ ſemp ꝑ reliquũ diuiſum atq; ille 20. diui

1 1 co. 1 ce. 1 cu. 1 ce.ce.

1 1 co. 1 ce. 1 cu. 1 ce.ce.

1 ce.ce. 1. cu. 1 ce. 1 co.

1. cu. 1 ce. 1 co. $\frac{1}{1\ co.}$

1 ce. 1 co. $\frac{1}{co.}$ $\frac{1}{1\ ce.}$

1 co. $\frac{1}{1\ co.}$ $\frac{1}{1\ ce.}$ $\frac{1}{cu.}$

$\frac{1}{1\ co.}$ $\frac{1}{1\ ce.}$ $\frac{1}{cu.}$ $\frac{1}{1\ ce.ce.}$

1 ce.ce. 2. cu. 3 ce. 4 co. $\frac{4}{1\ co.}$ $\frac{3}{1\ ce.}$ $\frac{2}{1\ cu.}$ $\frac{1}{ce.ce.}$ | 356

1 ce.ce. | 1 ce.ce.

1 ce.ce.ce. | 2. Rel. Sec. 3 ce.cu. |

4. Rel. Pri. | 4. cu. 3 ce. | 2 co. | 1 | | 356 ce.ce.

5 ce ce. | 5 ce.ce.

1 ce.ce.ce. | 2. Rel. Sec. | 3 ce.cu. | 4. Rel. Pri.

5 ce.ce. 4. cu. | 3 ce. | 2 co. | 1. | 361 ce.ce.

℞. ℞.

1 ce.ce. p̃. 1. cu. p̃. 1 ce. p̃. 1 co. p̃. 1. | 19 ce.

1 $\frac{1}{4}$ ce. | 1 $\frac{1}{4}$ ce.

1 ce.ce. p̃. 1. cu. p̃. 2 $\frac{1}{4}$ ce. p̃. 1 co. p̃. 1. | 20 $\frac{1}{4}$ ce.

℞. ℞.

1 ce. p̃. $\frac{1}{2}$ co. p̃. 1. | 4 $\frac{1}{2}$ co.

1 ce. p̃. 1. æquatur 4 co.

Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.
1.	1. p̃. ℞. 3.	4. p̃. ℞. 12.	10. p̃. ℞. 108	28. p̃. ℞. 768.

tiones siue potius 5.iuncte simul fatiant 356.pōt etiam fieri vt dixi de quolibet numero pone primū 1 secundū 1 co.tertiū 1 ce.quartū 1.cu.quintum 1 ce.ce.diuide put vides vnāquāq; partē p reliquā ordinatim incipiēdo ab 1.deinde ab 1 co.deinde ab 1 ce.& fiet tādē summa quā vides æqualis 356.multiplica vtrāq; partē p 1 ce.ce. fient vt vides adde vtriq; parti 5 ce.ce.& fiet tandem 1 ce.ce. ce.p̄.2.Rel.Sec.p̄.3 ce.cu.p̄.4.Rel.Pri.p̄.5 ce.ce.p̄.4. cu.p̄.3 ce.p̄.2 co.p̄.1.æqualia 361 ce.ce.quare accipe ℞. vtriusq; partis seorsum & fient 1 ce.ce.p̄.1.cu.p̄.1 ce.p̄. 1 co.p̄.1.æqualia 19 ce.iterū adde vtriq; parti 1 ¼ ce. fiet 1 ce.ce.p̄.1.cu.p̄.2 ¼ ce.p̄.1 co.p̄.1 æqualia 20 ¼ ce.accipe ℞.vtriusq; & est 1 ce.p̄.½ co.p̄.1.& alia ē 4 ½ co. & he sunt æquales inuicē igit̄ 1 ce.p̄.1.æquat̄ 4 co.q̄re p capitulum fiet valor rei 1.p̄.℞.3. vel ℞.3.m̄.1.in vtroq; enim verificat̄ posita igit̄ prima parte 1.secunda 1.p̄.℞. 3.erit tertia quadratū secūde ex positione qa tertia pars ponitur 1 ce.vnde ducta tertia in secūdam habebimus quartā q̄ supponitur 1.cu.& ducta etiā tertia in se fiet cognita quinta q̄ est 1 ce.ce.ex supposito & sunt vt vides.

85 Fac ex 8.partes duas quarum assumptis quadratis atq; iunctis similiter assumptis cubis & iunctis ductoq; vno agregato in alterū fiat numerus pfectus q̄stio hec pōt etiā fieri dicēdo q̄ ex ductu vnius in alterum fiat 6000. aut 10000.& ita de aliis in hoc autē oportet cōsiderare an q̄sitū sit possibile an nō nam dat̄ minimū quo minus nō pōt fieri & maximum quo nō maius minimū aūt fit diuidendo 8. per æqualia & fit 4. cubi igitur sunt 64.& 64,qui iuncti fatiūt 128. & quadrati sunt 16.& 16.qui iuncti fatiūt 32. ducto aūt 32, in 128, fit

4	4	
16	16	32
64	64	128
		1096
8		0
64		0
512		0.32768.

4096.& hic est minimus numerus qui potest produci maximus autem sic inuenitur quadra totum quod est 8. fit 64.cuba totum fit 512.duc 512.in 64. fit 32768. Et hic est maximus quē nō pōt tn̄ ꝓducere ex tali diuisione sed omnē minorē illo vsq; ad 1096.nā sicut maiorē 32768.ꝓducere nō pōt talis diuisio ita nec minorem 1096.hoc facto igit̄ quęre an aliqs numerus perfectus sit inter 1096.& 32768.per tertiam quadragesimisecundi capituli & inuenies ꝙ cadit inter eos 8128.ꝙ si nō caderet q̄stio nō esset possibilis cum igitur 8128. sit maior de 1096.& minor de 32768.cōstat casum esse possibilē,quo facto diuide 8.in 4.p̄.1 co.& 4.m̄.1 co.q̄dra vtranq; partē vt vides & fiēt 16.p̄.8 co.p̄.1 ce.& 16.m̄.8 co.p̄.1 ce.cū igit̄ iūgunt̄ 8 co.p̄.& 8 co.m̄.nihil fatiūt erūt igit̄ 32.p̄. 2 ce.cuba etiā vtrāq; partē vt vides & fient 64.p̄.48 co. p̄.12 ce.p̄.1.cu.& 64.m̄.48 co p̄.12 ce.m̄.1,cu.vnde iuncta fatient 128.p̄. 24 ce.nam cu.p̄.& m̄.& co.p̄.& m̄.æquales numero nihil fatiūt erit igit̄ summa cuborū partiū 128.p̄.24 ce.& quadratorū 32.p̄. 2 ce. multiplica inuicē et fiūt 4096.p̄.1024 ce.p̄. 48 ce.ce.& hec æquabuntur 8128.igitur netrae 4096.ex 8128.remanēt 4032.æqualia 1024 ce.p̄.48 cen.cen.reduc ad 1 ce.fiēt 84.æqua-

4.p̄.1 co. 4.m̄.1 co.

16.p̄.8 co.p̄.1 ce. | 16.m̄.8 co.p̄.1 ce.

16.p̄.8 co.p̄.1 ce.
4.p̄.1 co.
64.p̄.48 co.p̄.12 ce.p̄.1 cu.

16.m̄.8 co.p̄.1 ce.
4 m̄.1 co.
64.m.48 co.p̄.12 ce.m.1 cu.

128.p̄.24 ce.
32.p̄.2 ce.
4096.p̄.1024 ce.p̄.48 ce.ce.
8128.
4032.æqualia 1024 ce.p̄.48 ce.ce

lia $21\frac{1}{3}$ ce.p̄.1 ce.ce.sequere capitulũ decõpositorũ ne‑
cro dimidia $21\frac{1}{3}$ numerũ cẽsuũ fiunt $10\frac{2}{3}$ multiplica in
se fit $113\frac{7}{9}$ adde ad 84. fiẽt $197\frac{7}{9}$ cuius ℞. detractis $10\frac{2}{3}$
dimidio censuũ fit ℞.L.$197\frac{7}{9}$ m̃.$10\frac{2}{3}$ huius ℞.V. est va
lor rei igit̃ res est ℞.V.℞.L.$197\frac{7}{9}$ m̃.$10\frac{2}{3}$ & hec detra
cta & addita ad 4. dimidium 8. ostendit partes pars igi
tur vna est 4.p̄.℞.V.℞.L.$197\frac{7}{9}$ m̃.$10\frac{2}{3}$ & alia est 4.m̃.
℞.V.℞.L.$197\frac{7}{9}$ m̃.$10\frac{2}{3}$.

86 Est statutũ Mediolani in vsu q̧ maritus nõ potest relin
quere vxori nisi quartã partẽ bonorũ siue relinquat eã
totã in stabilibus siue in vsufructu non põt transgredi,
verũ illius quarte põt relinqui domina in totum ita q̧
pcipit etiã fructus ꝓ illa portione. qd accidit quidã mo
riẽs reliquit vxorẽ vsufructuariã omniũ bonorũ ex quo
sequit̃ q̧ in longo tẽpore gaudet plus quã possit habe‑
re p statutũ. quærit̃ igitur in quãto tẽpore extinguetur
hic vsusfructus q̃stio sic soluitur quasi p modũ octua‑
gesimeprime sciẽdo q̧ vsus fructus in his causis & alijs
fere omnibus p̃ter q̃ in cã dotis. intelligit̃ ad 5. p 100.
Pone quod habeat 640000000. igit̃ quarta pars est
160000000. & qa capitale remanet firmum igit̃ fru‑
ctus sunt semp 32000000. idest $\frac{1}{20}$ totius hereditatis
& $\frac{1}{5}$ quarte partis est igit̃ ac si diceres promerere ad ca
put anni 160000000. ꝓ $\frac{1}{20}$ & semp detrae $\frac{1}{5}$ in quot
annis finiet̃ & ideo reducit̃ ad regulã generalẽ q̧ si di
misisset fructus medietatis qa fructus medietatis sunt
$\frac{1}{10}$ quarte partis capitalis ideo ꝓmereberis aliquã quãti
tatẽ quã pro cõmoditate assumpsi 160000000. & est
quarta pars cuius quinta pars ẽ 32000000. fructus to
tius capitalis fac igit̃ vt vides adde cõtinue $\frac{1}{20}$ deinde
subtrae $\frac{1}{5}$ & inuenies q̧ in annis 5. diebus $327\frac{210669}{250000}$
cõsumet̃ voluntas testatoris a statuto nec amplius re‑
manebit vsufructuaria siue velis dicere q̧ percipiet .5.

vsus fructus integros & $\frac{11\ 01553}{12500}$ vsusfructus sexti anni habēt tñ in vsu terminare talē vsumfructum in 7. annisquia raro redditus sunt ad 5. p 100. esset tñ melius neminē fraudari sequendo regulam. Pro regula igit ita faties pone quod promereatur 1600000000. vt prius dein de pone partē redditus siue fructuū secūdū portionem vt pote si sit totius $\frac{1}{5}$ idest 320000000. & si sit medietatis vsufructuaria pone $\frac{1}{10}$ idest 160000000. & si sit tertie partis $\frac{1}{15}$ & ē $106666666\frac{2}{3}$. deinde promerere vtrāq3 partē ad caput anni ad 5. p 100. videlicet 1600000000. et 320000000 vel aliā portionem pro eisdem terminis deinde iunge portiones quas promeruisti & quartam partem accipe secundum vltimuz terminum per modum octuagesimeprime q̄stioni & detrae vnū ab altero si remanet minus portione

Quar.par.c.	1600000000
Fr.quar.	80000000
Agreg.	1680000000
Fruc.ca.	320000000
	Primus
Resid.	1360000000
Fruc.re.	68000000
Agreg.	1428000000
Fruc.ca.	320000000
	Secundus
Resid.	1108000000
Fruc.re.	55400000
Agreg.	1163400000
Fruc.ca.	320000000
	Tertius
Resid.	843400000
Fruc.re.	42170000
Agreg.	885570000
Fruc.ca.	320000000
	Quartus.
Resid.	565570000
Fruc.re.	28278500
Agre.	593848500
Fruc.ca.	320000000
	Quintus.
Resid.	273848500
Fruc.re.	13692825
Agreg.	287541325
Fruc.ca.	320000000

tot habebis annos integros & q superest est portio.

87 Quidā moriēs religt vxorē grauidā & nesciēs an habe

ret masculū an feminam reliqt in testamento si peperit
masculum filius habeat $\frac{2}{3}$ bonorū & vxor $\frac{1}{3}$ si vero fe-
minā puella habeat $\frac{1}{3}$ & vxor $\frac{2}{3}$ bonorū, qd accidit pe-
perit vxor masculū & feminā eodē partu q̄runt partes
fac sic tu scis ꝙ masculus debuit habere quadruplum
vxori & vxor duplū filie iuenias igit tres numeros quo
rū maior sit quadruplus medio & medius duplus mino
ri tales sunt 8.2.& 1.iunge fiunt 11.igit filio dabis $\frac{8}{11}$ ma
tri $\frac{2}{11}$ & filie $\frac{1}{11}$ eoq; modo proportionaliter distribuetur
hereditas ex voluntate si non saltem proximius verbis
testatoris & est cōmunis opinio arithmeticorum quia
hec questio est etiam posita ab aliis.
88 Nauta recepit tres viatores tribus aureis ea conditione
vt si alius reciperet in naui dimidia pars lucri esset nau
te alia dimidia pars divideret inter socios qd accidit ad
uenit vnus q hac cōditione ingressus ē nauim ꝙ solue-
ret ea cōditione qua tres primi q̄rit quātū qlibet debe-
bat soluere. pone ꝙ quartus debeat soluere 1 co. igitur
nauta debet habere $\frac{1}{2}$ co. & qa habuit 3. aureos igitur
tota solutio fuit aurei tres p̄. $\frac{1}{2}$ co. & qa oēs æqualiter so
lusit diuide aureos. 3. & $\frac{1}{2}$ co. in quattuor partes exeunt
$\frac{3}{4}$ aurei p̄. $\frac{1}{8}$ co. Et qa quartus soluit 1 co. igit 1 co. æquat
$\frac{3}{4}$ aurei p̄. $\frac{1}{8}$ co. quare $\frac{7}{8}$ co. æquantur $\frac{3}{4}$ aurei quare res
valet $\frac{6}{7}$ vnius aurei. Et tantum quilibet persoluit.
Et similiter soluit si essent plures Datur tū exēplum sub
alia forma verū redit ad idē & est tale duo conducunt
nauim viginti libris ea cōditione vt si nauta alios rece-
perit dimidiū lucri sit naute reliquū diuidat inter sotios
venerūt denuo tres alii dātes libras. 30. naute ea condi-
tione vt ad ratā primorū retro det Et oēs æqualiter sol
uant fac sic pone ꝙ primi debeāt recipere 1 co. pro sin-
gulo igitur tres alii debēt recipere 3 co. Et qa nauta de-
bet recipere tm̄ quātū primi duo igitur debet recipere

2 co. oēs igitur debent recipere 7 co. Et qa 30. est diuidē dū diuide 30. p 7. exit $4\frac{2}{7}$ & tm̄ quilibet debet recipere primi ergo receperunt. $8\frac{4}{7}$ alii tres receperunt $12\frac{6}{7}$ quorū summa est $21\frac{3}{7}$ naute autem remanserunt $28\frac{4}{7}$ Et q libet eorum soluit $5\frac{5}{7}$ quare &c.

89 Duo mercatores conduxerunt nauim primus imposuit modios 40. frumēti Et psoluit modios duos naute Et recepit a nauta solidos 50. secundus imposuit modios 25. & psoluit naute modiū vnū & solidos 20. q̄ritur quātū valuit frumētū. fac sic quasi p modum exēpli regule de mō diuide 1. p̄. 20. p 25. exit $\frac{1}{25}$ p̄. $\frac{20}{25}$ multiplica p 40. fit $1\frac{3}{5}$ p̄. 32. & hoc debet esse æquale 2. m̄. 50. quare iunge 50. & 32. fiunt 82. detrae $1\frac{3}{5}$ ex 2. remanēt $\frac{2}{5}$ reduc ad integra multiplica 82. in 5. fit 410. diuide p 2. exit 205 & tantum valuit modius frumenti. Et quia 40. modii persoluebant modios 2. minus 50. solidis & modii 2. valebant 410. solidos igitur modii 40. soluebant 360. solidos quare solidos 9. pro modio.

Primus		Secundus	
40.		25	
2. m̄. 50.		1. p̄. 20.	
$1\frac{3}{5}$.	32.	$\frac{1}{25}$	$\frac{20}{25}$

90 Tres habebant diuidere quandā quātitatē primus debuit habere medietatem secundus $\frac{1}{3}$ tertius $\frac{1}{6}$ qd accidit irati sunt & qlibet violēter abstulit qcqd rapere potuit post recōciliati deposuerūt primus $\frac{1}{2}$ secundus $\frac{1}{4}$ tertius $\frac{1}{6}$ eius q habebat deinde diuiserūt p æqualia totū depositū Et habuit quisq; portionē suā primus $\frac{1}{2}$ secundus $\frac{1}{3}$ tertius $\frac{1}{6}$ sicut ppositū fuerat Et in omnibus istis diuisionibus nō cecidit fractio aliqua sed fuerūt oēs numeri integri q̄ritur igitur quātus fuit aceruus Et quātum qlibet rapuit. ista q̄stio pōt formari mille modis Et diciτur q̄stio ludorū quia p hanc quæstionē habito aceruo possumus scire quātus sit Et etiam si habeamus tres aceruos faselorum cicerū & fabarū poterimus scire per

trāspositionē partiū qn̄titatē cuiuslibet eorū Et ita poterūt fieri mille ludi certe valde mirabiles solue igitur hoc modo qui dr̄ reuersio pone ꝙ acceruus totus depositus fuit 1 co. igitur cū quilibet accipiat tertiā partē igitur quilibet accipit $\frac{1}{3}$ co. & quia postquam receperit primus $\frac{1}{3}$ habebit medietatē pone igitur ꝙ habeat 6. quod est medietas de 12. secundus cū recepit $\frac{1}{3}$ co habebit 4. ꝙ est $\frac{1}{3}$ de 12. tertius cum receperit $\frac{1}{3}$ co. habebit 2. quod est $\frac{1}{6}$ de 12. igitur primus antequā receperit $\frac{1}{3}$ co. habuit 6 m̄. $\frac{1}{3}$ co. secundus 4. m̄. $\frac{1}{3}$ co. tertius 2. m̄. $\frac{1}{3}$ co.

Et qa primus deposuerat $\frac{1}{2}$ eius ꝙ habebat igitur deposuit $\frac{1}{2}$ eius ꝙ remāsit sed remansit ei 6. m̄. $\frac{1}{3}$ co. igitur

	Primus		Secundus		Tertius
	$\frac{1}{2}$		$\frac{1}{3}$		$\frac{1}{6}$
			1 co.		
	6. m̄. $\frac{1}{3}$ co.		4. m̄. $\frac{1}{3}$ co.		2. m̄. $\frac{1}{3}$ co.
$\frac{1}{2}$		$\frac{1}{3}$		$\frac{1}{4}$	
	3. m̄. $\frac{1}{6}$ co.		$1\frac{1}{3}$ m̄. $\frac{1}{9}$ co.		$\frac{1}{2}$. m̄. $\frac{1}{12}$ co

deposuit 3. m̄. $\frac{1}{6}$ co. & qa secundus deposuit $\frac{1}{4}$ eius ꝙ habuit igit̄ deposuit $\frac{1}{3}$ eius ꝙ remansit igitur deposuit $1\frac{1}{3}$ m̄. $\frac{1}{9}$ co. & similiter tertius deposuit $\frac{1}{5}$ eius ꝙ habebat igit̄ deposuit $\frac{1}{4}$ eius ꝙ remansit, remansit autē 2 m̄. $\frac{1}{3}$ co. igitur deposuit $\frac{1}{2}$ m̄. $\frac{1}{12}$ co. iunge omnia simul & fiet totum depositum $4\frac{5}{6}$ m̄. $\frac{13}{36}$ co. & hoc æquat̄ ad 1 co. nā suppositū

Deposita
3. m̄. $\frac{1}{6}$ co.
$1\frac{1}{3}$ m̄. $\frac{1}{9}$ co.
$\frac{1}{2}$ m̄. $\frac{1}{12}$ co.
$4\frac{5}{6}$ m̄. $\frac{13}{36}$ co.

est ꝙ deposuerint 1 co. igitur $4\frac{5}{6}$ æquantur ad $1\frac{13}{36}$ co. reduc ad integra multiplicādo p 36. fient 174. æqualia 49 co. igit̄ res valet. $3\frac{27}{49}$ sed qa supposuimus nō ingredi fractos multiplicabimꝰ $3\frac{27}{49}$ in 49. & fiet 174. Et hoc ē depositū Et similiter multiplicabimus 49. in 12. quod supposuimus fuisse agregatū siue accervū primū & fiet

588. & fuit hic accervus primus Et primus debuit habere 294. secūdus 196, tertius 98. primus igitur rapuit 354. secundus 184. tertius 50. Et primus deposuit $\frac{1}{2}$ videlicet 118. secundus $\frac{1}{3}$ videlicet 46. tertius $\frac{1}{4}$ videlicet 10 q̄ iuncta faciunt 174. quorum pars tertia ē 18. remanserāt igit̄ primo 236. secundo 138. tertio 40. Quibus additis 58. tertia acervi parte fiunt primo $\frac{1}{2}$. secūdo $\frac{1}{3}$ tertio $\frac{1}{6}$ totius agregati.

	588	
Primus.	Secundus.	Tertius
354	184	50
118	46	10
236	138	40
	118	
	46	
	10	
	174	
58	58	58
294.	196.	98

91 Tres ludebāt irati rapuerunt peccunias suas & alienas cū autē p amicū quievissent primus dedit secūdo 10. p̄. $\frac{1}{3}$ residui. secundus dedit tertio 7. p̄. $\frac{1}{4}$ residui & tertio iā remanserāt 5. nummi & primus habuit $\frac{1}{2}$ secundus $\frac{1}{3}$ tertius $\frac{1}{6}$ quærit̄ summa omniū, & quātū habuit qlibet. pone ꝙ primus habuerit 1 co. secūdus 1 quā. & tertius supponit̄ habere 5. & quia primus dedit secundo 10. p̄. $\frac{1}{3}$ remanētis igit̄ detrae 10. ex 1 co. remanet 1 co. m̄. 10. accipe $\frac{1}{3}$ & ē $\frac{1}{3}$ co. m̄. 3 $\frac{1}{3}$ detrae 3 $\frac{1}{3}$ ex 10. remanēt 6 $\frac{2}{3}$ primus

Primus.	Secundus	Tertius
1 co.	1 quā.	5
$\frac{2}{3}$ co. m̄. 6 $\frac{2}{3}$	$\frac{1}{3}$ co. p̄. 6 $\frac{2}{3}$	7
	m̄. $\frac{1}{3}$	$\frac{1}{4}$ quā. p̄. $\frac{8}{12}$ co. m̄. $\frac{1}{12}$
$\frac{2}{3}$ co. m̄. 6 $\frac{2}{3}$	$\frac{1}{4}$ co. p̄. $\frac{3}{4}$ quā. m̄. $\frac{3}{4}$	$\frac{1}{4}$ quā. p̄. $\frac{1}{12}$ co. p̄. 11 $\frac{11}{12}$
	1 $\frac{1}{2}$	3
$\frac{2}{3}$ co. m̄. 6 $\frac{2}{3}$	$\frac{2}{5}$ co. p̄. 1 $\frac{1}{5}$ quā. m̄. $\frac{2}{5}$	$\frac{3}{4}$ quā. p̄. $\frac{1}{4}$ co. p̄. 35 $\frac{5}{4}$

igit̄ dedit secundo $\frac{1}{3}$ co. p̄. 6 $\frac{2}{3}$ igit̄ remanserunt primo $\frac{2}{3}$ co. m̄. 6 $\frac{2}{3}$ & secūdus habuit 1 quā. p̄. $\frac{1}{3}$ co. p̄ 6 $\frac{2}{3}$ aufer 7. & remanebit

remanebit $\frac{2}{3}$ co. p̄. 1. quā. m̄. $\frac{1}{3}$ aufer $\frac{1}{4}$ & ē $\frac{1}{4}$ quā. p̄. $\frac{1}{12}$ co. m̄. $\frac{1}{12}$ remanebit $\frac{1}{4}$ co. p̄. $\frac{3}{4}$ quā. m̄. $\frac{1}{4}$ adde tertio habebit tertius 11 $\frac{11}{12}$ p̄. $\frac{1}{4}$ quā. p̄. $\frac{1}{12}$ co. & quia primus habet $\frac{1}{2}$ scd's $\frac{1}{3}$ tertius $\frac{1}{6}$ & $\frac{1}{6}$ ē tertia pars de $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{3}$ ē $\frac{2}{3}$ de $\frac{1}{2}$ iō si multiplicauerimus $\frac{1}{6}$ p 3. & $\frac{1}{3}$ p 1 $\frac{1}{2}$ fiet tm̄ quātū h3 primus multiplicabimus igit $\frac{1}{4}$ co. p̄. $\frac{2}{4}$ quan. m̄. $\frac{1}{4}$ p 1 $\frac{1}{2}$ & fiet $\frac{3}{8}$ co. p̄. 1 $\frac{1}{8}$ quā. m̄. $\frac{3}{8}$ & similiter multiplicabimus $\frac{1}{4}$ quā. p̄. $\frac{1}{12}$ co. p̄. 11 $\frac{11}{12}$ p 3. & fiet $\frac{3}{4}$ quā. p̄. $\frac{1}{4}$ co p̄. 35 $\frac{3}{4}$ æq̄lia inuicē videlicet hec tria vt vides detrae $\frac{1}{4}$ co. ex oibus fiet $\frac{5}{12}$ co. m̄. 6 $\frac{2}{3}$ æq̄lia $\frac{1}{8}$ co. m̄. $\frac{3}{8}$ p̄. 1 $\frac{1}{8}$ quā. itē ad 35 $\frac{3}{4}$ p̄. $\frac{3}{4}$ quā. adde m̄. ex numero ad p̄. & circa hoc nota q̄ maius m̄. q̄ ē 6 $\frac{2}{3}$ addes vtriq; adde igit ad 35 $\frac{3}{4}$ p̄. $\frac{3}{4}$ quan. fiet 42 $\frac{5}{12}$ p̄. $\frac{3}{4}$ quan. adde 6 $\frac{2}{3}$ ad $\frac{1}{8}$ co. m̄. $\frac{3}{8}$ p̄. 1 $\frac{1}{8}$ quan. fiunt $\frac{1}{8}$ co. p̄. 6 $\frac{7}{24}$ p̄. 1 $\frac{1}{8}$ quā. & hoc ē qa ex 6 $\frac{2}{3}$ auferre oportet $\frac{3}{8}$ na3 m̄. de m̄. aufert fient igit $\frac{5}{12}$ co. æqualia $\frac{1}{8}$ co. p̄. 6 $\frac{7}{24}$ p̄. 1 $\frac{1}{8}$ quā. itē ad 42 $\frac{5}{12}$ p̄. $\frac{3}{4}$ quan. igit detrae $\frac{1}{8}$ co. ex $\frac{5}{12}$ co. remanent $\frac{7}{24}$ co. & hoc æquiualet 6 $\frac{7}{24}$ p̄. 1. $\frac{1}{8}$ quā. quare 7 co. æquiualēt 151. p̄. 27 quan. quare 1 co. æquualet 21 $\frac{4}{7}$ p̄. 3 $\frac{6}{7}$ quā. & qa $\frac{5}{12}$ co. æquiualēt etiam 42 $\frac{5}{12}$ p̄. $\frac{3}{4}$ quan. igitur 5 co. æquiualebunt 509. p̄. 9. quā. quare 1 co. æquiualet 101 $\frac{4}{5}$ p̄. 1 $\frac{4}{5}$

$\frac{2}{3}$ co. m̄. 6 $\frac{2}{3}$
$\frac{3}{8}$ co. m̄. $\frac{3}{8}$ p̄. 1 $\frac{1}{8}$ quā.
$\frac{3}{4}$ co. p̄. 35 $\frac{3}{4}$ p̄. $\frac{3}{4}$ quan.

$\frac{5}{12}$ co. m̄. 6 $\frac{2}{3}$
$\frac{1}{8}$ co. m̄. $\frac{3}{8}$ p̄. 1 $\frac{1}{8}$ quā.
35 $\frac{3}{4}$ p̄. $\frac{3}{4}$ quā.

$\frac{5}{12}$ co.
$\frac{1}{8}$ co. p̄. 6 $\frac{7}{24}$ p̄. 1 $\frac{1}{8}$ quā.
42 $\frac{5}{12}$ p̄. $\frac{3}{4}$ quā.

10. co.
3 co. p̄. 151. p̄. 27. quā.
1018. p̄. 18. quā.

7 co. æquales 151. p̄. 27. quā.
10 co. æquales 1018. p̄. 18. quā.

1 co. æqualis 21 $\frac{4}{7}$ p̄. 3 $\frac{6}{7}$ quā.
1 co. æqualis 101 $\frac{4}{5}$ p̄. 1 $\frac{4}{5}$ quā.

80 $\frac{8}{35}$ æqualia 2 $\frac{2}{35}$ quā.
35

2008. æqualia 72. quā.
39. Valor quā.

HH

quã.igitur cũ etiã æquiualeat 21 $\frac{3}{5}$ p̄. 3 $\frac{3}{5}$ quã. erunt 21 $\frac{3}{5}$ p̄. 3 $\frac{3}{5}$ quã. æqualia 101 $\frac{3}{5}$ p̄. 1 $\frac{3}{5}$ quã. igit tãdẽ detraẽdo quã. ex quã. & dumerũ ex dumero fiet valor quãtitatis. 39. & tm̃ habuit secũdus: & q̃a 5co. æquiualẽt 509. p̄. 9. quan. & 9. quã. sunt 351 igit 5 co. æquiualẽt 860. quare tes valet 172. & tm̃ rapuit primus. & secundus rapuit 39. & tertius. 5. cũ igit primus dedit secõdo 10. & $\frac{1}{2}$ residui dedit in totũ 64. & remãserũt ei 108. & secundus habebat 103 dedit igit 7. & $\frac{1}{4}$ residui dedit igit 31 & remãserũt ei 72 & tertius habuit 36. summa igit erat 216. cuius 108. ẽ medietas 72. est $\frac{1}{3}$ & 36. est $\frac{1}{6}$ vt proponebatur.

Et hec est longe melior etiã precedẽte p ludis fatiẽdis. Alii tñ p ludis fatiũt multas mutationes addẽdi & minuẽdi vltimo rogãt q̃d remãsent vnicuiq3. & ponamus q primus habeat $\frac{1}{3}$ p̄. 7. totius secundus $\frac{1}{4}$ p̄. 13. tertius autẽ $\frac{1}{2}$ m̄. 28. iunge $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{2}$ fiũt $\frac{13}{12}$ igit habẽt $\frac{1}{12}$ p̄. integro iũge etiã numeros fiunt 8. m̄. igit cum semp p̄. in numero æquetur m̄. in parte & m̄. in dumero æquat p̄. in parte igit $\frac{1}{12}$ totius summe æquat 8. diuide 8. p $\frac{1}{12}$ fit 96. & hec ẽ summa. & q̃a primus habet $\frac{1}{3}$ p̄. 7. habebit 39. & quia secundus habet $\frac{1}{4}$ p̄. 13. habebit 37 & tertius habebit 20. quod ẽ $\frac{1}{2}$ m̄. 28.

$\frac{1}{3}$ p̄. 7			
$\frac{1}{4}$ p̄. 13			
$\frac{1}{2}$ m̄. 28			
$\frac{13}{12}$	8 m̄.		
$\frac{1}{12}$	8	96	
39			$\frac{1}{3}$ p̄. 7
37			$\frac{1}{4}$ p̄. 13
20			$\frac{1}{2}$ m̄. 28.

92 Fac de 10. tres partes continue pportionales ita q quadrata omniũ iuncta fatiãt 60. hec soluit geometrice si vis adiuuante decimasexta sexti euclidis & quadragesimasecuoda primi, faciẽdo quadratũ totius q est 100. & circa eandẽ diametrũ tria quadrata q̃ æquant 60. dein de cõplebis supfities. 9. cõplẽtes quadratũ totius & erũt omnes æqdistãtiũ laterũ & erit quasi gnomo circõpositus medio quadrato æqualis tribus supfitiebus mediis

q̄ fiūt ex tota linea in mediā illarū partiū cū igitur ille quasi gnomo sit 20. erit illa supfities 20. quare pars media erit 2. ablato igiť 2. ex 10. remanet 8. fac de 8. duas partes ex quarum multiplicatione fiat 4. per centesimā decimamsextam regulam & habebis quæsitum.
Aliter & nō minus pulcre p regulā de medio in fine 51 capituli positā pone q̄ media ex illis quantitatibus sit $\frac{1}{2}$ co. igiť residuū erit 10.m̄.$\frac{1}{2}$ diuide 10.m̄.$\frac{1}{2}$ in duas partes ita q̄ $\frac{1}{2}$ co. sit medio modo ꝓportionalis inter illas partes & hoc p centesimā decimā sextā regulā quadragesimi secundi capituli & erūt vt vides & postquā quadra-

Prima	5.m̄.$\frac{1}{4}$ co.m̄.R.V.25.m̄.$\frac{3}{16}$ ce.m̄.2 $\frac{1}{2}$ co.
	5.m̄.$\frac{1}{4}$ co.m̄.R.V.25.m̄.$\frac{3}{16}$ ce.m̄.2 $\frac{1}{2}$ co.
Quadr.	25.p̄.$\frac{1}{16}$ ce.m̄.2 $\frac{1}{2}$ co. p̄.25.m̄.$\frac{3}{16}$ ce.m̄.2 $\frac{1}{2}$ co.
Secunda	$\frac{1}{2}$ co.
Quadr.	$\frac{1}{4}$ ce.
Tertia	5.m̄.$\frac{1}{4}$ co.p̄.R.V.25.m̄.$\frac{3}{16}$ ce.m̄.2 $\frac{1}{2}$ co.
	5.m̄.$\frac{1}{4}$ co.p̄.R.V.25.m̄.$\frac{3}{16}$ ce.m̄.2 $\frac{1}{2}$ co.
Quadr.	25.p̄.$\frac{1}{16}$ ce.m̄.2 $\frac{1}{2}$ co.p̄.25.m̄.$\frac{3}{16}$ ce.m̄.2 $\frac{1}{2}$ co.

100.p̄.$\frac{1}{8}$ ce.m̄.10 co.p̄.$\frac{1}{4}$ ce.m̄.$\frac{3}{8}$ ce.

100.m̄.10 co.

ueris fiēt quadrata partiū vt vides nā quatuor multiplicationes in crucē anichilāt se nā due sunt p̄. & due m̄. & quātitates multiplicate æquales quare iungēdo fiēt tandē 100.m̄.10 co. æqualia 60. qa $\frac{1}{4}$ ce.p̄.q̄ est quadratū secunde partis & $\frac{2}{16}$ p̄. cū $\frac{6}{16}$ m̄. nihil faciunt igitur p capitulū simplex detraendo 60. ex 100. remanebit 40. æqualia 10 co. igiť res valet 4. & qa posuimus mediam quātitatē $\frac{1}{2}$ co. erit media quātitas 2. pōt etiā solui p positionē simplicē sed feci exercitationis causa.
Alr sciendo hāc regulā q̄ si ex agregato prime & tertie q̄titatis ꝓportiōalis auferať scd̄a quātitas residuū talē

ad vnitatē habebit ꝓportionē qualē habet agregatum quadratorū triū quātitatū ad agregatū ipsarū quātita-tū ex quo sequit̃ ꝙ ducto agregato trium quātitatū in agregatū prime & tertie detracta secunda producitur agregatū quadratorū si igit̃ diuiseris agregatū quadratorū p agregatū quātitatū exibit agregatū prime & tertie quantitatis dēpta secunda igitur si hoc detraatur ex agregato quātitatū residuū erit duplū secunde quātitatis igit̃ dimidium erit secunda quantitas in casu igitur diuide 60.p 10.exit 6.detrae 6 a 10.remanēt 4.diuide 4. per æqualia exit 2.secunda quantitas.

93 Inuenias duos numeros quorū differētia ducta in dfiā quadratorū faciat 10.& agregatū numerorū in agrega-tū quadratorū multiplicatū fatiat 20.hec ē clauis intelligendi regulā de medio nā cū ponis vnū numerū 1 co. & aliū vnitatē illa vnitas gerit locū quātitans surde in vniuersalitate & locū vnitatis in æquatione & ideo habet æquationē p capitula algebre posita in 48.49.50.& 51.capitulo & qa ponere 1 co.& 1.adducit cōfusionē & nō possumus fugere vnitatē in quātitate surda ideo cogimur ponere co.in alio numero quā in vnitate & qa 1 gerit ibi vicem numeri & co.debet poni minor numero ꝓpter facilitatē opationis ideo oportet ponere $\frac{1}{2}$ co.qa $\frac{1}{2}$ est aliis fractionibus simplicius vel igit̃ ponimus $\frac{1}{2}$ co. &.1.quā.vel $\frac{1}{2}$ quā.& 1 co.ponere enim 1 co.& 1.quan. in multiplicationibus pareret cōfusionē aliquādo tamē cogimur vt hic in hac qōne soluēda pone igit̃ ꝙ vnus ex his numeris sit 1 co.alius 1.quā.siue vnitas erit igitur dfia 1 co.m̄.1.quadra vtrāq; partē & fiet 1 ce.& 1.horum quadratorū dfia ē 1 ce.m̄.1.multiplica in dfiam numerorum que fuit 1 co.m̄.1.fit 1.cu.m̄.1 ce.m̄. 1 co. p̄.1. & hoc debet esse æquale 10.& post multiplica agregatum numerorū & ē 1 co.p̄.1,in agregatū quadratorū & est

1 ce.p̃.1.fit 1.cu.p̃.1 ce.p̃.1 co.p̃.1.& hoc debet eē æquale 20 igit̃ cū 20.sit duplū ad 10. erit 1. cu. p̃.1 ce.p̃.1 co.p̃.1.duplū ad 1.cu.m̃. 1 ce. m̃.1 co.p̃.1 quare cū sub traxeris vnū ex alte ro erit 1 ce. p̃.1 co. additū vni & dimi nutū ab altero faci at vnū esse alteri du

1 co. — diffa — 1
1.co.m̃.1.
1 ce. — 1
diffa
1 ce.m̃.1.
———————
1 ce.m̃.1.
1 co.m̃.1.
———————
1 cu.m̃.1 ce.m̃.1 co.p̃.1. — 10.
———————
1 ce.p̃.1.
1 co.p̃.1.
———————
1.cu.p̃.1 ce.p̃.1 co.p̃.1. — 20
1.cu.m̃ .1 ce.m̃.1 co.p̃.1 — 10

plū si igit̃ dicas 9.p̃.3. ē duplū ad 9.m̃.3. cōuenit vt 3. sit $\frac{1}{3}$ de 9. & si dicas 10.p̃.5. est triplum ad 10.m̃.5. igit̃ opor tet vt 5. sit medietas 10. & duplū 5. sit æquale 10. & si di cas 15.p̃.9. est quadruplū ad 15.m̃.9. igit̃ oportet ꝙ 9. sit $\frac{3}{5}$ de 15. & ita si dicas 5.p̃.1. est sexqalterū ad 5.m̃.1. opor tet ꝙ 1. sit $\frac{1}{5}$ de 5. & ita de aliis qa igit̃ 1 cu.p̃.1 ce.p̃.1 co. p̃.1. ē duplū ad 1.cu.m̃.1 ce.m̃.1 co.p̃.1. oportet ꝙ 1 ce.p̃. 1 co. sit $\frac{1}{3}$ de 1.cu.p̃. 1. igit̃ 3 ce.p̃.3 co. æquant̃ 1. cu.p̃. 1. quare assumpto cōi diuisore q̄ est 1 co.p̃.1. fiet p regulā 27. capituli 51. vt di uisione facta proue niāt 1 ce.m̃.1 co. p̃.1. equalia 3 co. quare 1

1.cu.p̃.1.
1 co.p̃.1.
———————
1 ce.m̃·1 co.p̃.1.

3 ce.p̃.3 co.
1 co.p̃.1.
———————
3 co.

ce.p̃.1. æquat̃ 4 co. igitur res valet ℞.3.p̃.2.

Posito igitur minore numero.1. erit maior q̄ ē valor rei 2.p̃.℞.3. fac igit̃ secundā positionē dicēdo inuenias du os numeros in proportione 2.p̃.℞.3. ad 1. qui iuncti & multiplicati in agregatū quadratorū fatiāt 20. pone ꝙ primus sit 1 co. igitur secundus erit co.2.p̃.℞.3. quadra tiem 1.ce. & 7 ce.p̃.ce.℞.24. ꝙ ē dicere ce.7.p̃.℞.24.

iunge numeros fiēt co.3.p̄.℞.3.iūge q̄drata fient ce 8. p̄. ℞.24.multiplica inuicē fiūt cu. 24 p̄. ℞.72.p̄.℞.192.p̄. ℞.216.equalia 20.

1 co.	2.p̄.℞.3.co.
1 ce.	7 ce.p̄.ce.℞.24.
	ce.8.p̄.℞.24.
	co.3.p̄.℞.3.
	cu.24.p̄.℞.72.p̄.℞.192.p̄.℞.216.

diuide 20.p modū56.q̄onis p 24.p̄.℞.72.p̄.℞. 192. p̄. ℞.216.& ꝓuentus ℞.cubica vlīs erit res q̄sita, idest portio minor.maior aūt inuenit̃ multiplicādo eā p.2.p̄.℞ 3.nā hoc quadrinomiū ex cubis habet omnes trī ℞.quadratas & non cubas ideo faciliter per recisa fit diuisio potest & maior portio facilius inueniri per iteratā positioem ita vt 1 co.sit maior portio & co.2.m̄.℞.3.sit minor & tunc valor 1 co.erit numerus maior nam in rano cor eueniunt due æquationes.

94 Inuenias duos numeros quorū dr̄ia in se ducta æquet̃ ꝓductioni vnius in alterū & eorū quadrata iuncta sint 20.certū est q̄ tale q̄situ̅ faciliter soluit̃ ex capitulo quadragesimoquarto q̄a tales numeri essent io ꝓportione habēte mediū & duo extrema verūtamē soluitur p̄ regulā de medio pone igit̃ q̄ maior sit $\frac{1}{2}$ co.minor 1.quā. dr̄ia igit̃ est $\frac{1}{2}$ co.m̄.1.quā.quare quadratū dr̄ie est $\frac{1}{4}$ ce. p̄.1.m̄.1 co.& hoc æquat̃ ꝓductioni vnius in alterā & ē $\frac{1}{2}$ co.nā $\frac{1}{2}$ co.in 1.quā.facit $\frac{1}{2}$ co.eo q̄ 1.quā.habet locū vnitatis vt dictū ē.quare $\frac{1}{4}$ ce.p̄.1.æquat̃ 1 $\frac{1}{2}$ co. & 1 ce. p̄.4.ad 6 co.igitur p rancor res valet 3.p̄.℞.5. & q̄a posuimus q̄ maior quātitas esset $\frac{1}{2}$ co.erit maior quātitas 1 $\frac{1}{2}$.p̄.℞.1 $\frac{1}{4}$ fac igitur secundā positionē dicendo pone q̄ minor numerus sit 1 co.maior co.1 $\frac{1}{2}$ p̄.℞.1 $\frac{1}{4}$ horum quadrata debent æquari ad 20. idest cen.4 $\frac{1}{2}$ p̄.℞.7 $\frac{1}{2}$ æquantur 20.duc in recisum quod est 4 $\frac{1}{2}$ m̄.℞.7 $\frac{1}{2}$ fiet 90.m̄.℞.3000.diuidendum per 12 $\frac{3}{4}$ quod est productū

tecifi in diuidentem fit $7\frac{1}{17}$ m̃. R̷. $18\frac{394}{867}$ & hic est valor census igitur R̷. V. $7\frac{1}{17}$ m̃. R̷. $18\frac{394}{867}$ est valor rei & minor numerus. maiorem habebis iterando positionē ita quod maior numerus sit 1 cn. minor co. $1\frac{1}{2}$ m̃. R̷. $1\frac{1}{4}$.

95 Diuide 10. in quattuor quātitates cōtinue proportionales quarū quadrata iūcta faciāt 60. scias primo q̄ si diceret 100, aut plus q̄stio esset impossibilis quia esset plus quadrato totius q̄ ē 10. itē si diceret quorū quadrata iūcta sint 20. esset etiā impossibilis q̄a esset minus quadrato quadrati quarte partis. quarta pars 10. est $2\frac{1}{2}$ quadratū $6\frac{1}{4}$ & ideo quadruplū ē 25. nō igitur pōt eē maius 100 nec minus 25. nunq̄ aūt in diuisione quadrata possunt excedere quadratū totius nec esse minora ꝑducto numeri partiū in quadratū talis partis vnde nō p̄nt si sint 3. esse minus triplo quadrati tertie partis & si sint 5. partes nō p̄nt esse minus q̄ntuplo quadrati quinte partis q̄ in casu esset 4. & q̄ntuplū esset 20. igitur nō posset esse minus 20. nec maius 100. cum igitur dixerit 60. quod est minus 100. & maius 25. questio est possibilis hoc cognito nota has duas regulas.

Omniū quattuor quātitatū cōtinue ꝓportionaliū proportin agregati quadratorū ex illis ad omnes quattuor quātitates simul iūctas ē veluti producti ex prima in secundā itē ꝑducti ex tertia in quartā iunctorū ad agre

Agrega: quadratorum. 1261
Agrega: numerorum. 65
Agrega: ductuum Prime in Secundam & Tertie in Quartam. 582
Agrega: Secunde & Tertie 30

gatū secunde & tertie quātitatis exemplū sit 8. 12. 18. 27. quadrata iūcta sunt 1261. quātitates autem sunt 65. q̄ fit ex prima in secundā est 96. q̄ fit ex tertia in quartā est

486. agregatũ ē 582. agregatũ secunde & tertie est 30. dico igitur quod proportio 1261. ad 65. est veluti 582. ad 30. & est vtraq; vt 19 $\frac{2}{5}$ ad 1.

Scd'a regula q̃ geometrice dīari pōt p modũ nouagesi me tertie ē φ talis ē ꝑportio agregati q̃dratorũ quattuor quãtitatũ ad agregatũ quattuor quãtitatũ qualis est subtraēdo agregatũ quadratorũ ex quadrato agregati 4. quãtitatũ & residui capiēdo medietatē & ab hac medietate detraendo quadratũ agregati secunde & tertie dico φ ꝑportio residui ad agregatũ secunde & tertie ē eadē dico igit' in exēplo φ ꝑportio 1261. ad 65. vt prius est veluti quadrando agregatũ 4. quãtitatũ & est 65. fit 4225. & ab hoc detrae 1261. remanet 2964. huius cape dimidiũ φ est 1482. & ab hoc detrae 900. quadratum agregati secunde & tertie quãtitatis remanet 582. ꝑportio igitur 582. residui ad 30. agregatũ secunde & tertie quantitatis est veluti 1261. agregati omnium quadratorum ad 65. agregatum 4. quantitatum vt declaratum est prius quia vtraq; est veluti 19 $\frac{2}{5}$ ad 1.

